Schaumainkai 17
60594 Frankfurt am Main **www.museumangewandtekunst.de**


Inv.-Nr.:	LM 43
Titel:	Stundenbuch nach dem Brauch der Römischen Kirche
Datierung:	1. Hälfte des 16. Jahrhunderts
Ort:	Norditalien
Beteiligte:	keine Angaben
Objektmaß:	18 × 10 × 2,4 cm
Creditline:	Museum Angewandte Kunst, Frankfurt am Main
Zugang:	Ankauf; 07.06.1904; Sammlung Wilhelm Peter Metzler, Frankfurt am Main

Werkbeschreibung:
Handschrift auf Pergament; 79 fol., einspaltig zu 31 Zeilen, lateinischer Text in Humanistenkursive in brauner und für Überschriften roter Tinte, 14 Miniaturen in Bordürenrahmungen, goldgrundige Zierinitiale; olivfarbener Maroquinband mit Goldpressung und Seidenfutter, 17. Jh., Goldschnitt

↗ zum Werk in der Sammlung digital


© Museum Angewandte Kunst, Frankfurt am Main
Nutzungslizenz: ↗ CC BY-NC-SA 4.0

Gefördert durch:
Stadt Frankfurt am Main
Dezernat Kultur und Wissenschaft




© Museum Angewandte Kunst, CC BY-NC-SA 4.0

Gefördert durch: Stadt Frankfurt am Main, Dezernat Kultur und Wissenschaft




© Museum Angewandte Kunst, CC BY-NC-SA 4.0

Gefördert durch: Stadt Frankfurt am Main, Dezernat Kultur und Wissenschaft



© Museum Angewandte Kunst, CC BY-NC-SA 4.0

Gefördert durch: Stadt Frankfurt am Main, Dezernat Kultur und Wissenschaft



© Museum Angewandte Kunst, CC BY-NC-SA 4.0

Gefördert durch: Stadt Frankfurt am Main, Dezernat Kultur und Wissenschaft



Egressus est dominus iesus cum discipulis suis trans torrentem cedron vbi erat ortus in quem introiuit ipse et discipuli eius Sciebat autem et iudas qui tradebat eum locum qa frequenter iesus conuenerat illuc cum discipulis suis Iudas ergo cum accepisset chortem a pontificibus et phariseis ministros venit illuc cum laternis & facibus &ar

mis. Iesus itaq; sciēs omnia que ventu
ra erant super eum processit et dixit eis.
Quem queritis: Responderunt ei Iesum na
zarenum. Dixit ei iesus Ego sum. Stabat
autem et iudas qui tradebat eum cum ipsis
vt ergo dixit eis iesus ego sum abierunt re
trorsum et ceciderunt in terram. Iterum er
go interrogauit eos. Quem queritis: Illi au
tem dixerunt. Iesum nazarenum. Respon
dit iesus. Dixi vobis quia ego sum Si ergo
me queritis sinite hos abire vt impleretur
sermo quem dixit quia quos dedisti mihi
non perdidi ex eis quemquam. Symon er
go petrus habens gladium eduxit eum et
percussit pontificis seruum et abscidit auri
culam eius dextram erat autem nomen ser
uo malchus. Dixit ergo iesus petro. Mitte gla
dium tuum in vaginam calicem quem de
dit mihi pater non vis vt bibam illum: Co
hors ergo et tribunus et ministri iudeorum
comprehenderunt iesum & ligauerunt eū
et adduxerunt eum ad annam primum. e
rat enim socer cayphe qui erat pontifex an
ni illius Erat autem cayphas qui consiliū
dederat iudeis quia expedit vnum hominē
mori pro populo sequebatur autem iesum
simon petrus et alius discipulus. Discipu
lus autem ille erat notus pontifici et intro
iuit cum iesu in atrium pontificis. Petrus

autem stabat ad ostium foris. Exiuit ergo di
scipulus alius qui erat notus pontifici et di
xit ostiarie et introduxit petrum. Dixit autem
petro ancilla ostiaria. Nunquid et tu ex di
scipulis es hominis istius. Dixit ille, non sum
Stabant autem serui et ministri ad prunas q̄a
frigus erat et calefaciebant se. Erat autem cum
eis et petrus stans et calefaciens se. Pontifex
ergo interrogauit iesum de discipulis suis et
de doctrina eius. Respondit iesus. Ego palā
locutus sum mundo. Ego semper docui in
synagoga et in templo quo omnes iudei con
ueniunt et in occulto locutus sum nihil, q̄d
me interrogas: Interroga eos qui audierunt
quid locutus sum ipsis. Ecce hi sciunt que
dixerim ego hec autem cum dixisset vnus
assistens ministrorum dedit alapam iesu
dicens. Sic respondes pontifici: Respondit
iesus. Si male locutus sum testimonium per
hibe de malo si autem bene quid me cedis
Et misit eum annas ligatum ad caypham
pontificem. Erat autem symon petrus stans
et calefaciens se. Dixerunt ergo ei. Nunquid
et tu ex discipulis eius es: Negauit ille et di
xit. Non sum. Dixit ei vnus ex seruis pon
tificis cognatus eius cuius abscidit petrus
auriculam. Nonne ego te vidi in orto cum
illo: Iterum ergo negauit petrus et statim
gallus cantauit. Adducunt ergo iesum a cay

© Museum Angewandte Kunst, CC BY-NC-SA 4.0
Gefördert durch: Stadt Frankfurt am Main, Dezernat Kultur und Wissenschaft

pha in pretorium. Erat autem mane et ipsi
non introierunt in pretorium vt non con
taminarentur sed manducarent pascha.
Exiuit ergo pylatus ad eos foras et dixit
Quam accusationem affertis aduersus ho
minem. hunc: Responderunt et dixerũt
ei. Si non esset hic malefactor non tibi tra
didissemus eum. Dixit ergo eis pylatus.
Accipite eum vos & secundum legem ves.
tram iudicate eum. Dixerunt ergo ei iudei
Nobis non licet interficere quemq̃ vt ser
mo iesu impleretur quem dixit signifi
cans qua morte esset moriturus. Introi
uit ergo iterum in pretorium pylatus et
vocauit iesum et dixit ei. Tu es rex iudeo
rum: Respõdit ei iesus. A temetipso hoc
dicis an alii tibi dixerunt de me: Dixit
ei pylatus. Nunquid ego iudeus sum.
Gens tua et pontifices tradiderunt te
mihi. Quid feciſti. Respondit iesus. Reg
num meum non est de hoc mundo. Si ex
hoc mundo esset regnum meum ministri
mei vtiq; decertarent vt non traderer iu
deis. Nunc autem regnum meum non
est hinc. Dixit itaq; ei pilatus. Ergo rex
es tu. Respondit iesus. Tu dicis quia rex
sum ego. Ego in hoc natus sum et ad hoc
veni in mundum vt testimonium perhi
beam veritati. Omnis qui est ex veritate

audit vocem meam. Dixit ei pylatus. Quid
est veritas. Et cum hoc dixisset iterum exiuit
ad iudeos et dixit eis. Ego nullam inuenio in
eo causam. Est autem consuetudo vobis vt
vnum dimittam vobis in pascha. vultis er
go dimittam vobis regem iudeorum: Clama
uerunt rursum omnes dicentes. Non hunc
sed barrabam. Erat autem barrabas latro
Tunc ergo apprehendit pylatus iesum et
flagellauit. Et milites plectentes coronã
de spinis imposuerunt capiti eius et ve
ste purpurea circundederunt eum. Et
veniebant ad eum & dicebant. Aue
rex iudeorum. Et dabant ei alapas. Exi
uit iterum pylatus foras et dixit. Ecce
adduco vobis eum foras vt cognoscatis
quia in eo nullam causam inuenio. Exi
uit ergo iesus portans coronam spineam
et purpureum vestimentum. Et dixit eis
pylatus. Ecce homo cum ergo vidissent eũ
pontifices et ministri clamabant dicen
tes. Crucifige crucifige eum. Dixit eis
pylatus. Accipite eum vos et crucifigi
te. Ego enim non inuenio in eo causam.
Responderunt ei iudei. Nos legem habe
mus et secundum legem debet mori quia
filium dei se fecit. Cum ergo audisset
pylatus hunc sermonem magis timuit
Et ingressus est pretorium iterum. et di.

© Museum Angewandte Kunst, CC BY-NC-SA 4.0
Gefördert durch: Stadt Frankfurt am Main, Dezernat Kultur und Wissenschaft

xit ad iesum vnde es tu? Iesus autem respō
sum non dedit ei. Dixit ergo ei pylatus. Mi
hi non loqueris? Nescis quia potestatem ha
beo crucifigere te et potestatem habeo dimit
tere te? Respondit iesus. Non haberes potesta
tem aduersum me vllam nisi tibi datum es
set de super propterea qui tradidit me tibi ma
tus peccatū h3. Et ex inde querebat pyla
tus dimittere eum. Iudei autem clamabant
dicentes. Si hunc dimittis non es amicus cesa
ris. Omnis enim qui se regem facit contradi
xit cesari. Pylatus ergo cum audisset hos
sermones adduxit iesum foras et sedit pro
tribunali in loco qui dicitur licostratos:
hebraice autem gabatha. Erat autem para
sceue pasche hora quasi sexta. Et dixit iu
deis. Ecce rex vester. Illi autem clama
bant. Tolle tolle crucifige eum. Dixit eis py
latus. Regem vestrum crucifigam. Respon
derunt pontifices. Non habemus regem nisi
cesarem. Tunc ergo tradidit eis illum vt cru
cifigeretur. Susceperunt autem iesum et e
duxerunt eum. Et baiulans sibi crucem
in eum qui dicitur caluarie locum hebra
ice autem golgotha vbi eum crucifixerunt
Et cum eo alios duos hinc et hinc medium
autem iesum. Scripsit autem et titulum py
latus et posuit super crucem. Erat autem
scriptum. Iesus nazarenus rex iudeorum.

Hunc ergo titulum multi legerunt iu
deorum quia prope ciuitatem erat locus
vbi crucifixus est iesus. Erat autem scrip
tum hebraice grece et latine. Dicebant er
go pylato pontifices iudeorum. Noli scri
bere rex iudeorum sed quia ipse dixit rex sū
iudeorum. Respondit pylatus. Quod scripsi
scripsi. Milites ergo cum crucifixissent eū
acceperunt vestimenta eius et fecerunt qua
tuor partes vnicuiq3 militi partem et tuni
cam. Erat autem tunica inconsutilis desu
per contexta per totum. Dixerunt ergo adin
uicem. Non scindamus eam sed sortiamur
de illa cuius sit vt scriptura impleretur dicens
Partiti sunt vestimenta mea sibi et in vestem
meam miserunt sortem. Et milites quidem
hec fecerunt. Stabat autem iuxta crucē
iesu mater eius et soror matris eius maria
cleophe et maria magdalene. Cum vidisset
ergo iesus matrem et discipulum stantem
quem diligebat dixit matri sue. Mulier ec
ce filius tuus deinde dixit discipulo. Ecce
mater tua. Et ex illa hora accepit eam di
scipulus in suam. Postea sciens iesus quia iā
omnia consummata sunt vt consummaret
scriptura dixit. Sitio. Vas autem positum
erat aceto plenum. Illi autem spongiam ple
nam aceto *ysopo* circumponentes obtulerūt
ori eius. Cum ergo accepisset iesus acetum

© Museum Angewandte Kunst, CC BY-NC-SA 4.0
Gefördert durch: Stadt Frankfurt am Main, Dezernat Kultur und Wissenschaft

dixi. Consummatum est. Et inclinato capite tradidit spiritum. Iudei ergo quoniam parasceue erat vt non remanerent in cruce corpora sabbato erat enim magnus dies ille sabbati rogauerunt pylatum vt frangerentur eorum crura et tollerentur. Venerunt ergo milites et primi quidem fregerunt crura et alterius qui crucifixus ē cum eo. Ad iesum autem cum venissent vt viderunt eum iam mortuum non fregerūt eius crura sed vnus militum Lancea latus eius aperuit et continuo exiuit sanguis et aqua. Et qui vidit testimonium perhibuit et verum est testimonium eius. Et ille scit quia vera dixit vt et vos credatis. Facta sunt enim hec vt scriptura impleretur Os non comminuetis ex eo. Et iterum alia scriptura dicit. Videbunt in quem trāsfixerunt. Post hec autem rogauit pylatū ioseph ab arimathia eo quod esset discipulus iesu occultus autem propter metum iudeorum vt tolleret corpus iesu. Et permisit pylatus. Venit ergo et tulit corpus iesu. Venit autem et nichodemus qui venerat ad iesum nocte primum ferens mixturam mirrhe et aloes quasi libras centū. Acceperunt ergo corpus iesu & ligauerunt eum lintheis cum aromatibus sicut mos iudeis est sepelire. Erat autem ī loco vbi crucifixus est ortus et in orto monumentum nouum in quo nondum quisq̄ positus fuerat. Ibi ergo propter parasceuem iudeorum quia iuxta erat monumentum posuerunt iesum. Deo gratias. V. Qui passus es pro nobis. R. Domine miserere nobis. V. Domine exaudi orationem meam. R. Et clamor meus ad te veniat. oro

DEus qui manus tuas et pedes tuos et totum corpus tuum pro nobis peccatoribus in ligno crucis posuisti et coronam spineam a iudeis in despectu tui sacratissimi nominis super caput tuum impositam sustinuisti et quinq; vulnera pro nobis peccatoribus in ligno crucis passus fuisti da nobis hodie et q̄tidie vsum penitentie/abstinentie/patientie/humilitatis/castitatis/lumen/sensum et intellectum/et puram conscientiā vsque in finem iesu christe saluator mundi qui in trinitate perfecta viuis et regnas deus. Per omnia secula seculorum.

A
M E
N

© Museum Angewandte Kunst, CC BY-NC-SA 4.0
Gefördert durch: Stadt Frankfurt am Main, Dezernat Kultur und Wissenschaft



© Museum Angewandte Kunst, CC BY-NC-SA 4.0

Gefördert durch: Stadt Frankfurt am Main, Dezernat Kultur und Wissenschaft



Horæ Gloriosæ virginis Ma
riæ secundum con
suetudinem ec
clesiæ Ro
manæ
Ad matutinum

V E R S V S.

DOMINE LABIA mea aperies. Et os meum annun ciabit laudem tuam. Deus in adiutorium meum intende. Domine ad adiuuandum me festina. Gloria patri, & filio, et spiritui sancto. Sicut erat in principio, & nunc, & semper, et in secula seculorum. Amen. Alleluia. Et dicitur a pascha resurrectionis, vsqs ad septuagesimam et a septuagesima, vsqs ad pascha dicitur. Laus tibi domine rex æternæ gloriæ. Inuitatorium. Aue Maria gratia plena Dominus tecum. Aue Maria. ps.

VENITE exultemus domino iubilemus deo salutari nostro, præoccupemus faciem eius in confessione, & in psalmis iubilemus ei. Aue maria.

QUONIAM deus magnus dominus, et rex magnus super omnes deos qm̃ non repellet dominus plebem suam, quia in ma

© Museum Angewandte Kunst, CC BY-NC-SA 4.0

Gefördert durch: Stadt Frankfurt am Main, Dezernat Kultur und Wissenschaft

nu eius sunt omnes fines terræ, & alti
tudines montium ipse conspicit. Domi
nus tecum.

Quoniam ipsius est mare, & ipse
fecit illud, et aridam fundauerunt
manus eius. venite adoremus, et pro
cidamus ante deum, ploremus coram
domino, qui fecit nos, quia ipse est do
minus deus noster. nos autem populus
eius, et oues pascuæ eius. Aue maria.

Hodie si vocem eius audieritis, nolite
obdurare corda vestra, sicut in exacerba
tione secundum diem tentationis in de
serto, vbi tentauerunt me patres vestri
probauerunt, viderunt opera mea. Do
minus tecum.

Quadraginta annis proximus fui
generationi huic, & dixi semper hi er
rant corde ipsi vero non cognouerunt
vias meas, quibus iuraui in ira mea
si introibunt in requiem meam. Aue
maria. Gloria. Sicut. Domin?
tecum. Aue maria. Hymnus.

Quem terra. pontus. æthera co
lunt. adorant. predicant. Tri
nam regentem machinam. claustrum.
Mariæ baiulat.

Cui luna, sol, et omnia Deseruiut
per tempora, Perfusa cœli gratia Gestat
puellæ viscera.

Beata mater munere. Cuius supernus
artifex, Mundum pugillo continens.
ventris sub arca clausus est.

Beata cœli nuncio. Fœcunda sancto
spiritu, Desyderatus gentibus, Cuius p
aluum fusus est.

Gloria tibi domine, Qui natus es
de virgine, Cum patre, et sancto spiritu
In sempiterna secula, Amen.

Tres hi psalmi sequentes dicuntur ad ma
tutinum die dominico. die lunæ & die
Iouis. An. Benedicta tu. Psalmus.

Domine dominus noster, quam
ad mirabile est nomen tuum in
vniuersa terra.

Quoniam eleuata est magnificentia
tua super cœlos.

Ex ore infantium, et lactentium per
fecisti laudem, propter inimicos tuos, vt
destruas inimicum, & vltorem.

Quoniam videbo cœlos tuos, opera di
gitorum tuorum, Lunam, et stellas, quæ
tu fundasti.

Quid est homo, quod memor es eius
aut filius hominis, quoniam visitas eu:

Minuisti eum paulo minus ab angelis,
gloria, & honore coronasti eum, & consti
tuisti eum super opera manuum tuarum.

© Museum Angewandte Kunst, CC BY-NC-SA 4.0
Gefördert durch: Stadt Frankfurt am Main, Dezernat Kultur und Wissenschaft

Omnia subiecisti sub pedibus eius,
oues, & boues vniuersas, insuper &
pecora campi.
Volucres cœli, et pisces maris, qui
perambulant semitas maris.
Domine dominus noster, quam ad
mirabile est nomen tuum in vniuersa ter
ra. Gloria. A. Benedicta tu in mu
lieribus, et benedictus fructus ventris
tui. A. Sicut murtha, pš.

COELI enarrant gloriam dei, &
opera manuum eius annunciat
firmamentum.
Dies diei eructat verbum, & nox nocti
indicat scientiam.
Non sunt loquelæ, neq; sermones, quo
rum non audiantur voces eorum.
In omnem terram exiuit sonus eorũ,
et in fines orbis terræ verba eorum.
In sole posuit tabernaculum suum,
et ipse tanquam sponsus procedens de tha
lamo suo.
Exultauit vt gigas ad currendam viam
a summo cœlo egressio eius.
Et occursus eius vsq; ad summum
eius, nec est, qui se abscondat a calore eius
Lex domini immaculata, conuertens
animas, testimonium domini fide, sapien
tiam præstans paruulis.

Iusticiæ domini rectæ, lætificantes
corda, præceptum domini lucidum, illu
minans oculos.
Timor domini sanctus permanet in
seculum seculi, iudicia domini vera, iusti
ficata in semetipsa.
Desyderabilia super aurum, & lapi
dem pretiosum multum, et dulciora
super mel, et fauum.
Et enim seruus tuus custodit ea, in
custodiendis illis retributio multa.
Delicta quis intelligit? ab occultis meis
munda me, & ab alienis parce seruo tuo
Si mei non fuerint dominati, tunc im
maculatus ero, et emundabor a delicto
maximo.
Et erunt, vt complaceant eloquia oris
mei, et meditatio cordis mei in conspectu
tuo semper.
Domine adiutor meus, & redemptor me?
Gloria patri, et filio, et spiritui sancto.
A. Sicut mirrha electa odorem dedisti fra
gilitatis sanctæ dei genitrix. A. Ante thorũ pš.

Domini est terra, et plenitudo eius,
orbis terrarum, & vniuersi qui
habitant in eo.
Quia ipse super maria fundauit eum,
et super flumina præparauit eum.
Quis ascendet in montem domini? aut

© Museum Angewandte Kunst, CC BY-NC-SA 4.0
Gefördert durch: Stadt Frankfurt am Main, Dezernat Kultur und Wissenschaft

quis ſtabit in loco ſancto eius.

Innocens manibus et mundo cor
de, qui non accepit in vano animam
nec iurauit in dolo proximo ſuo. +
Hic accipiet benedictionem a domino
et miſericordiam a deo ſalutari ſuo. +
Hec eſt generatio quærentium eū,
quærentium faciem dei iacob.
Attollite portas principes veſtras, et
eleuamini portæ æternales. & introi
bit rex gloriæ.
Quis eſt iſte rex gloriæ? dominus
fortis, et potens, dominus potens in
prælio. Attollite portas principes
veſtras, & eleuamini portæ æternales,
et introibit rex gloriæ.
Quis eſt iſte rex gloriæ? dominus
uirtutum ipſe eſt rex gloriæ.
Gloria. A. Ante thorum huius
virginis frequentate nobis dulcia ci
ficia dragmatis. V. Diffuſa. ch.17.
Tres hi pſalmi ſequentes dicuntur die
martis, et die veneris ad matutinum. A
ſpecie tua. Pſalmus.

Ructauit cor meum verbum bo
num, dico ego opera mea regi.
Lingua mea calamus ſcribæ vele
citer ſcribentis.
Speciosus forma præ filiis homi
num diffuſa eſt gratia in labiis tuis
propterea benedixit te deus in æter
num. Accingere gladio tuo, ſuper
femur tuum potentiſſime.
Specie tua, et pulchritudine tua,
intende proſpere, procede, et regna.
Propter veritatem et manſuetudi
nem, & iuſticiam, & deducet te mirabi
liter dextera tua.
Sagittæ tuæ acutæ, populi ſub te ca
dent in corda inimicorum regis.
Sedes tua deus in ſeculum ſeculi, vir
ga directionis, virga regni tui.
Dilexiſti iuſtitiam, & odiſti iniquita
tem, propterea vnxit te deus, deus tuus o
leo letitiæ præ conſortibus tuis.
Myrrha, & gutta, & caſia a veſtimen
tis tuis, a domibus eburneis, ex quibus
delectauerunt te filiæ regum in honore tuo.
Aſtitit regina a dextris tuis in veſtitu
de aurato, circundata varietate.
Audi filia, et vide, et inclina aurem
tuam, & obliuiſcere populum tuum, et do
mum patris tui.
Et concupiſcet rex decorem tuum, quo
niam ipſe eſt dominus deus tuus et adora
bunt eum.
Et filiæ Tyri in muneribus. vultum
tuum deprecabuntur omnes diuites plebis

© Museum Angewandte Kunst, CC BY-NC-SA 4.0
Gefördert durch: Stadt Frankfurt am Main, Dezernat Kultur und Wissenschaft

Omnis gloria eius filiæ regis abintus in fimbris aureis, circumamicta varietatibus.

Adducentur rege virgines post eam, proximæ eius afferentur tibi.

Afferentur in lætitia, & exultatione, adducentur in templum regis. ℣

Pro patribus tuis nati sunt tibi filii, constitues eos principes super omnem terram. Memores erunt nomini tuo domine in omni generatione, et generationem.

Propterea populi confitebuntur tibi in eternum et in seculum seculi.

Gloria. A. Specie tua, & pulchritudine tua intende prospere procede, et regna. A. Adiuuabit eam. ps.

Deus noster refugium, et virtus, adiutor in tribulationibus, quæ inuenerunt nos nimis.

Propterea non timebimus, dum turbabitur terra, & transferetur montes in cor maris. Tonuerunt, et turbatæ sunt aquæ eorum, conturbati sunt montes in fortitudine eius.

Fluminis impetus lætificat ciuitatem dei sanctificauit tabernaculum suum altissimus. Deus in medio eius non commouebitur. adiuuabit eam deus mane diluculo. Conturbatæ sunt gentes, et

inclinata sunt regna. dedit vocem suam, et mota est terra.

Dominus virtutum nobiscum, susceptor noster deus Iacob.

Venite, et videte opera domini, quæ posuit prodigia super terram, auferens bella vsq; ad finem terræ.

Actum conteret, et confringet arma, et scuta comburet igni.

Vacate, et videte, quoniam ego sum deꝰ exaltabor in gentibus, & exaltabor in terra.

Dominus virtutum nobiscum, susceptor noster deus Iacob.

Gloria. A. Adiuuabit eam deus vultu suo, deus in medio eius non commouebitꝰ. A. Sicut lætantium. ps.

Fundamenta eius in montibus sanctis, diligit dominus portas syon super omnia tabernacula Iacob.

Gloriosa dicta sunt de te ciuitas dei.

Memor ero raab, & babylonis scientiū me. Ecce alienigenæ, et tyrus, et populus æthiopum, hi fuerunt illic.

Nunquid syon dicet homo, & homo natus est in ea, et ipse fundauit eam altissimus. Dominus narrabit in scripturis populorum et principum horum qui fuerunt in ea.

Sicut lætantium omnium nostrum

© Museum Angewandte Kunst, CC BY-NC-SA 4.0
Gefördert durch: Stadt Frankfurt am Main, Dezernat Kultur und Wissenschaft

habitatio est in te.

Gloria. A. Sicut Lætantium omnium nostrum, habitatio est in te sancta dei genitrix. v. Diffusa.

Tres hi psalmi sequentes dicuntur die Mercurii, et die sabbati ad matutinum.

Añ. Gaude Maria. psalmus.

Antate domino canticum nouum, cantate domino omnis terra. Cantate domino, & benedicite nomini eius, annunciate de die in diem salutare eius.

Annunciate inter gentes gloriam eius in omnibus populis mirabilia eius.

Quoniam magnus dominus, et laudabilis nimis, terribilis est super omnes deos. Quoniam omnes dii gentium dæmonia. dominus autem cœlos fecit.

Confessio, et pulchritudo in conspectu eius, sanctimonia, & magnificentia in sanctificatione eius.

Afferte domino patriæ gentium, afferte domino gloriam, & honorem, afferte domino gloriam nomini eius.

Tollite hostias, et introite in atria eius, adorate dominum in atrio sancto eius. Commoueatur a facie eius vniuersa terra. dicite in gentibus, quia dominus regnauit.

Etenim correxit orbem terræ, qui non commouebitur, iudicabit populos in æquitate.

Lætentur cœli, & exultet terra, cõmoueatur mare, et plenitudo eius, gaudebunt campi, et omnia, quæ in eis sunt

Tunc exultabunt omnia ligna syluarum a facie domini, quia venit, quoniam venit iudicare terram.

Iudicabit orbem terræ in æquitate et populos in veritate sua.

Gloria patri. A. Gaude maria virgo, cunctas hæreses sola interemisti in vniuerso mundo. A. Dignare me. ps.

Dominus regnauit, exultet terra. Lætentur insulæ multæ.

Dubes, et caligo in circuitu eius, iustitia, et iudicium correctio sedis eius. Ignis ante ipsum præcedet, et inflammabit in circuitu inimicos eius.

Illuxerunt fulgura eius orbis terræ vidit, & commota est terra.

Montes sicut cera fluxerunt a facie domini, a facie domini omnis terra

Annunciauerunt cœli iustitiam eius, et viderunt omnes populi gloriã eius. Confundantur omnes, qui adorant scalptilia, et qui gloriantur in simulachris suis.

© Museum Angewandte Kunst, CC BY-NC-SA 4.0

Gefördert durch: Stadt Frankfurt am Main, Dezernat Kultur und Wissenschaft

Adorate eum omnes angeli eius, audiuit, et lætata est syon.
Et exultauerunt filiæ iudæ, propter iudicia tua domine.
Quoniam tu dominus altissimus super omnem tertam, nimis exaltatus es super omnes deos.
Qui diligitis dominum, odite malu custodit dominus animas sanctorum suorum. de manu peccatoris liberabit eos.
Lux orta est iusto, et rectis corde lætitia.
Lætamini iusti in domino, & confitemini memoriæ sanctificationis eius.
Gloria patri. A. Dignare me laudare te virgo sacrata, da mihi virtutem contra hostes tuos. A. Post partum virgo.

Cantate domino canticum nouu, quia mirabilia fecit. ps.
Saluauit sibi dextera eius et brachiu sanctum eius.
Notum fecit dominus salutare suum conspectu gentium reuelauit iustitiam suam.
Recordatus est misericordiæ suæ, & veritatis suæ domui israel.
Viderunt omnes termini terræ, salutare dei nostri.
Iubilate domino omnis terra, cantate, & exultate, et psallite.

Psallite domino in cithara, in citha
ra, et voce psalmum, in tubis ductilib?
et voce tubæ corneæ.
Iubilate in conspectu regis domini,
moueatur mare, & plenitudo eius, orbis
terrarum, et qui habitant in eo.
Flumina plaudent manu, simul
montes exultabunt a conspectu domini,
quoniam venit iudicare terram
Iudicabit orbem terrarum in iusti
tia, & populos in æquitate. A. Post partum
virgo inuiolata permansisti, dei genitrix
intercede pro nobis. V. Diffusa est gratia
in labiis tuis. R. Propterea benedixit te deus
in eternum. Pater noster. Absolutio.
Precibus, & meritis beatæ mariæ
semper virginis, & omnium sanc
torum perducat nos dominus ad regna cœ
lorum. R. Amen. V. Iube domine bene
dicere. Benedictio. Nos cum prole pia bene
dicat virgo maria. R. Amen. Lectio. i.
In omnibus requiem quæsiui,
& in hæreditate domini morabor
tunc præcepit, & dixit mihi creator omniu,
et qui creauit me, requieuit in tabernacu
lo meo. & dixit mihi. in Iacob inhabita,
et in israel hæreditare, & in electis meis
mitte radices. Tu autem domine miserere
nostri. R. Deo gratias. R. Sancta, & im

© Museum Angewandte Kunst, CC BY-NC-SA 4.0
Gefördert durch: Stadt Frankfurt am Main, Dezernat Kultur und Wissenschaft

maculata virginitas, quibus te laudi
bus efferam nescio, quia quem cœli ca
pere non poterant, tuo gremio contuli
sti. ℣. Benedicta tu in mulieribus, &
benedictus fructus ventris tui. ℟. Quia
quem cœli capere. Lectio. ii.

ET sic in sion firmata sum, et in
ciuitate sanctificata similiter
requieui, & in hierusalem potestas mea.
Et radicaui in populo honorificato, et i
partes dei mei hæreditas illius, et in ple
nitudine sanctorum detentio mea. Tu
autem domine miserere nostri. ℟. Deo
gratias. ℟. Beata es virgo maria, qua
dominum portasti creatorem mundi,
genuisti, qui te fecit, et in æternum per
manes virgo. ℣. Aue maria gratia ple
na, dominus tecum. ℟. Genuisti. ℣.
Iube domine benedicere. Benedictio.
Per virginem matrem concedat nobis
dominus salutem, et pacem. Amen.

QVasi cedrus exaltata sum in li
bano et quasi Lectio. iii.
cypressus in monte syon. Quasi palma
exaltata sum in cades, et quasi planta
tio rosæ in hiericho. Quasi oliua specio
sa in campis, et quasi platanus exalta
ta sum iuxta aquas. In plateis sicut ci
namomum, & balsamum aromatizas
odorem dedi. quasi myrrha electa
dedi suauitatem odoris. Tu autem do
mine miserere nostri. ℟. Deo gratias
℟. Felix nanqꝫ es sacra virgo maria,
et omni laude dignissima, quia ex
te ortus est sol iustitiæ Christus de⁹
noster. ℣. Ora pro populo, interueni
pro clero, intercede pro deuoto fœ
mineo sexu. sentiant omnes tuum ·
iuuamen, quicunqꝫ celebrant tuam
sanctam commemorationem. ℟. Quia.
℣. Gloria patri, et filio et spiritui
sancto. ℟. Christus deus noster. hy⁹.

TE deum laudamus te domi
num confitemur.

Te æternum patrem omnis terra ve
neratur. Tibi omnes angeli, tibi
cœli, et vniuersæ potestates.

Tibi cherubim, et seraphim, incef
sabili voce proclamant.

Sanctus. Sanctus. Sanctus
dominus deus sabaoth.

Pleni sunt cœli, & terra, maiestatis
gloriæ tuæ.

Te gloriosus apostolorum chorus,
Te prophetarum laudabilis nume
rus. Te martyrum candidatus ·
laudat exercitus.

Te per orbem terrarum sancta con

© Museum Angewandte Kunst, CC BY-NC-SA 4.0
Gefördert durch: Stadt Frankfurt am Main, Dezernat Kultur und Wissenschaft



fitur ecclesia.

PATREM immensæ maiestatis.
VENERANDUM tuum uerum, et unicum filium.
SANCTUM quoqz paraclitum spiritum.
TU rex gloriæ Christe.
TU patris sempiternus es filius.
TU ad liberandum suscepturus hominem, non horruisti virginis uterum.
TU devicto mortis aculeo, aperuisti credentibus regna cælorum.
TU ad dexteram dei sedes in gloria patris. IUDEX crederis esse venturus.
TE ergo quæsumus tuis famulis subueni, quos pretioso sanguine redemisti.
ÆTERNA fac cum sanctis tuis in gloria numerari.
SALUUM fac populum tuum domine, et benedic hæreditati tuæ.
ET rege eos, et extolle illos, usque in æternum.
PER singulos dies benedicimus te.
ET laudamus nomen tuum in seculum, et in seculum seculi.
DIGNARE domine die isto sine peccato nos custodire.
MISERERE nostri domine, miserere nostri. FIAT misericordia tua domine super nos, quem ad modum speruimus.

© Museum Angewandte Kunst, CC BY-NC-SA 4.0
Gefördert durch: Stadt Frankfurt am Main, Dezernat Kultur und Wissenschaft



© Museum Angewandte Kunst, CC BY-NC-SA 4.0

Gefördert durch: Stadt Frankfurt am Main, Dezernat Kultur und Wissenschaft

Et enim firmauit orbem terrę,
qui non commouebitur. ℣.
Parata sedes tua, extunc a seculo
tu es. Eleuauerunt flumina vo
cem suam. ℣.
Eleuauerunt flumina fluctus suos
a vocibus aquarum multarum. ℣.
Mirabiles elationes maris, mirabi
lis in altis dominus. ℣.
Testimonia tua credibilia facta sut
nimis, domum tuam decet sanctitudo
domine in longitudine dierum. ℣.
Gloria. A. Assumpta est maria in
cœlum, gaudent angeli laudantes be
nedicunt dominum. A. Maria virgo
Iubilate deo omnis ps.
terrę, seruite domino in lę
titia. Introite in conspectu eius i
exultatione. ℣.
Scitote quoniam dominus ipse est de
ipse fecit nos, et non ipsi. ℣.
Nos ąt populus eius, et oues pascuę
eius. introite portas eius in confessione,
atria eius in hymnis, confitemini illi.
Laudate nomen eius, quoniam sua
uis est dominus, in ęternum misericor
dia eius, et vsq; in generatione, et gene
rationem veritas eius. ℣.
Gloria. A. Maria virgo assupta ę

ad atherium thalamum, in quo rex re
gum stellato sedet solio. A. In odorem
Deus deus meus ad te de luce
vigilo. ps.
Sitiuit te anima mea, quam mul
tipliciter tibi caro mea. ℣.
In terra deserta, in via, & in aquo
sa, sic in sancto apparui tibi vt vide
rem virtutem tuam, et gloriam tuam. ℣.
Quoniam melior est misericordia tua
super vitas labia mea laudabunt te. ℣.
Sic benedicam te in vita mea, et in
nomine tuo leuabo manus meas. ℣.
Sicut adipe, et pinguedine repleat
anima mea, & labiis exultationis lau
dabit os meum. ℣.
Si memor fui tui super stratum me
um in matutinis meditabor in te quia
fuisti adiutor meus. ℣.
Et in velamento alarum tuarum
exultabo ad hęsit anima mea post te, me
suscepit dextera tua. ℣.
Ipsi vero inuanum quęsierunt a
nimam meam, introibunt in inferiora
terrę, tradentur in manus gladii, par
tes vulpium erunt. ℣.
Rex vero lętabitur in deo laudabū
tur omnes qui iurant in eo, quia obstru
dum est os loquentium iniqua. ℣.

© Museum Angewandte Kunst, CC BY-NC-SA 4.0
Gefördert durch: Stadt Frankfurt am Main, Dezernat Kultur und Wissenschaft

Deus misereatur nostri, et ps. benedicat nobis illuminet vultū suum super nos et misereatur nostri. ℣ Vt cognoscamus in terra viam tuam, in omnibus gentibus salutare tuum. ℣ Confiteantur tibi populi deus, confiteantur tibi populi omnes. Lætentur, & exultent gentes quoniam iudicas populos in æquitate, et gentes in terra dirigis. Confiteantur tibi populi deus confiteantur tibi populi omnes terra dedit fructum suum. Benedicat nos deus, deus noster, benedicat nos deus, et metuant eum omnes fines terræ. Gloria. A. In odorem vnguentorum tuorum currimus. adulescentule dilexerunt te nimis. A. Benedicta filia, can.

Benedicite omnia opera domini domino laudate, et super exaltate eum in secula. Benedicite angeli domini domino. benedicite cæli domino. Benedicite aquæ omnes quæ super cælos domino benedicite omnes virtutes domini domino. Benedicite sol, et luna domino benedicite stellæ cæli domino.

Benedicite imber, et ros domino, benedicite omnis spiritus dei domino. Benedicite ignis, & æstus domino benedicite frigus, et æstas domino. Benedicite vores, et pruina domino benedicite gelu, & frigus domino. Benedicite glacies et niues domino, benedicite noctes et dies domino. Benedicite lux et tenebræ domino benedicite fulgura, & nubes domino. ℣ Benedicat terra dominum laudet, et super exaltet eum in secula. Benedicite montes, et colles domino benedicite vniuersa germinantia in terra domino. Benedicite fontes domino benedicite maria, et flumina domino. Benedicite cete, et omnia quæ mouentur in aquis domino, benedicite omnes volucres cæli domino. Benedicite omnes bestiæ, & pecora domino benedicite filii hominum domino. Benedicat israel dominum laudet, et super exaltet eum in secula. Benedicite sacerdotes domini domino benedicite serui domini domino. Benedicite spiritus, et animæ iustorū domino benedicite sancti, et humiles corde domino.

© Museum Angewandte Kunst, CC BY-NC-SA 4.0

Gefördert durch: Stadt Frankfurt am Main, Dezernat Kultur und Wissenschaft



Benedicite anania. azaria. misael domino, laudate, et super exaltate eū in secula.

Benedicamus patrem. & filium cū sancto spiritu laudemus, et super exaltemus eum in secula.

Benedictus es domine in firmamento cœli. et laudabilis, et glorioſus, & super exaltatus in secula. A. Benedicta filia tu a domino quia per te fructū vitæ communicauimus. A. Pulchra es

Laudate dominum ps. de cœlis. Laudate eum in excelſis. Laudate eum omnes angeli eius laudate eum omnes virtutes eius. +

Laudate eum sol, et luna. laudate eum omnes ſtellæ, & lumen.

Laudate eum cœli cœlorum et aquæ omnes, quæ super cœlos sunt, laudent nomen domini.

Quia ipſe dixit, & facta sunt ipſe mandauit, & creata sunt.

Statuit ea in æternum, et in seculum seculi. præceptum poſuit, & non præteribit.

Laudate dominum de terra dracones, et omnes abiſſi.

Ignis grando nix glacies ſpiritus procellarum quæ faciunt verbum eius

Montes, et omnes colles ligna fructifera, & omnes cedri.

Beſtiæ. et vniuerſa pecora. ſerpentes, et volucres pennatæ.

Reges terræ, & omnes populi, prīcipes, et omnes iudices terræ.

Iuuenes, et virgines, ſenes cum iuenibus laudent nomen domini. quia exaltatum eſt nomen eius ſolius.

Confeſſio eius ſuper cœlum, et terram, et exaltauit cornu populi ſui.

Hymnus omnibus ſanctis eius filiis iſrael populo appinquanti ſibi. ps.

Cantate domino canticum nouum laus eius in eccleſia ſanctorum.

Lætetur iſrael in eo qui fecit eum, & filiæ ſyon exultent in rege ſuo.

Laudent nomen eius in choro, in tipano, et pſalterio pſallant ei.

Quia beneplacitum eſt domino in populo ſuo, et exaltauit manſuetos in ſalutem.

Exultabunt ſancti in gloria, lætabūtur in cubilibus ſuis.

Exultationis dei in gutture eorū, et gladii ancipites in manibus eorum.

Ad faciendam vindictam in nationibus increpationes in populis.

Ad alligandos reges eorum in com

pedibus, et nobiles eorum in manicis ferreis. Vt faciant in eis iudicium conscriptum. gloria hæc est omnibus sanctis eius. ps.

Laudate dominum in sanctis eius. laudate eum in firmamento virtutis eius.

Laudate eum in virtutibus eius. laudate eum secundum multitudinem magnitudinis eius.

Laudate eum in sono tubæ. Laudate eum in psalterio, et cithara.

Laudate eum in tympano et choro. Laudate eum chordis et organo.

Laudate eum in cymbalis benesonantibus. Laudate eum in cymbalis iubilationis. omnis spiritus laudet dominu

Gtori. A. Pulchra es et decora filia hierusalem, terribilis, vt castrorum acies ordinata. Capitulum.

Viderunt eam filiæ syon, et beatissimam prædicauerunt, & reginæ laudauerunt eam. R. Deo gratias. Hymnus.

Gloriosa domina Excelsa supra sydera qui te creauit prouide lactasti sacro vbere.

Quod eua tristis abstulit, Tu reddis almo germine. Intrent vt astra flebiles cœli fenestra facta es.

Tu regis alti ianua, Et porta lucis fulgida vitam datam per virginem gentes redemptæ plaudite.

Gloria tibi domine. Qui natus es de virgine, Cum patre et sancto spiritu In sempiterna secula. Amen. v. Benedicta tu in mulieribus. R. Et benedictus fructus ventris tui. A. Beata dei genitrix. Canticum.

Benedictus dominus deus israel, quia visitauit, et fecit redemptionem plebis suæ.

Et erexit cornu salutis nobis, in domo Dauid pueri sui.

Sicut locutus est per os sanctorum, qui a seculo sunt prophetarum eius.

Salutem ex inimicis nostris, & de manu omnium, qui oderunt nos.

Ad faciendam misericordiam cum patribus nostris, et memorari testamenti sui sancti.

Iusiurandum, quod iurauit ad abraam patrem nostrum daturum se nobis.

Vt sine timore de manu inimicorum nostrorum liberati seruiamus illi.

In sanctitate, et iustitia coram ipso, omnibus diebus nostris.

Et tu puer propheta altissimi voca

© Museum Angewandte Kunst, CC BY-NC-SA 4.0
Gefördert durch: Stadt Frankfurt am Main, Dezernat Kultur und Wissenschaft

beris præibis enim ante faciem domi
ni parare vias eius.

Ad dandam scientiam salutis ple
bi eius, in remissionem peccatorum
eorum.

Per viscera misericordiæ dei nos
tri, in quibus visitauit nos oriens ex
alto. Illuminare iis, qui in tene
bris, et vmbra mortis sedent, ad di
rigendos pedes nostros in viam pacis.

Gloria. A. Beata dei genitrix vir
go Maria perpetua, templum domini,
sacrarium spiritus sancti, sola sine exé
plo placuisti domino nostro Iesu christo
ora pro populo, interueni pro clero, in
tercede pro deuoto fœmineo sexu. Kyrie
eleyson. Christe eleyson. Kyrie eleyson.
Ver. Domine exaudi orationem meam
R. Et clamor meus ad te veniat. oro.

Deus qui de beatæ Mariæ virgi
nis vtero verbum tuum ange
lo nunciante carnem suscipere voluisti,
præsta supplicibus tuis, vt qui vere eam
dei genitricem credimus, eius apud te
intercessionibus adiuuemur. Per christū
dominum nostrum. Amen.

Commemoratio de sanctis. Antiphō.
Sancti dei omnes intercedere digneminī
pro nostra omniumq; salute. v. Læ
tamini in domino, et exultate iusti. R.
Et gloriamini omnes recti corde. oro.

Protege domine populum tuū,
& apostolorum tuorum petri,
et pauli, et aliorum apostolorum patro
cinio confidentem perpetua defensione
conserua. oro.

Omnes sancti tui quesumus,
domine nos vbiq; adiuuent
vt dum eorum merita recolimus, pa
trocinia sentiamus, & pacem tuam
nostris concede temporibus, & ab eccle
sia tua cunctam repelle nequitiam, iter
actus, et voluntates nostras, & omnium
famulorum tuorum in salutis tuæ pros
peritate dispone, benefactoribus nostris
sempiterna bona retribue, et omnibus fi
delibus defunctis requiem æternam con
cede. Per dominum nostrum Iesum christū
filium tuum, qui tecum viuit, et regnat
in vnitate spiritus sancti deus per omnia
secula seculorum. Amen. v. Domine
exaudi orationem meam. R. Et clamor
meus ad te veniat. v. Benedicamus domi
no. R. Deo gratias. v. Fidelium animæ
per misericordiam dei requiescant in pace
AMEN.

Ad primam.

© Museum Angewandte Kunst, CC BY-NC-SA 4.0
Gefördert durch: Stadt Frankfurt am Main, Dezernat Kultur und Wissenschaft



© Museum Angewandte Kunst, CC BY-NC-SA 4.0

Gefördert durch: Stadt Frankfurt am Main, Dezernat Kultur und Wissenschaft

hora mortis suscipe.

Gloria tibi domine Qui natus es de virgine cum patre et sancto spiritu In sempiterna secula. Amen. A. Assumpta

Deus in nomine pſ. (est.

tuo saluum me fac, & in virtute tua iudica me.

Deus exaudi orationem meam, auribus percipe verba oris mei.

Quoniam alieni insurrexerunt ad uersum me, et fortes quæsierunt animã meam, & non proposuerunt deum ante conspectum suum.

Ecce enim deus adiuuat me, et dominus susceptor est animæ meæ.

Auerte mala inimicis meis, & in ueritate tua disperde illos.

Voluntarie sacrificabo tibi, et confitebor nomini tuo domine, quoniam bonum est.

Quoniam ex omni tribulatione eripuisti me, et super inimicos meos despexit oculus meus.

Gloria patri. pſ.

Benedixisti domine terram tuã, auertisti captiuitatem iacob.

Remisisti iniquitatem plebis tuæ. operuisti omnia peccata eorum.

Mitigasti omnem iram tuam auer

tisti ab ira indignationis tuæ.

Conuerte nos deus salutaris noster, & auerte iram tuam a nobis.

Nunquid in æternum irasceris nobis, aut extendes iram tuam a generatione in generationem?

Deus tu conuersus vivificabis nos et plebs tua lætabitur in te.

Ostende nobis domine misericordiam tuam, et salutare tuum da nobis.

Audiam quid loquatur in me dominus deus, quoniam loquetur pacem in plebem suam.

Et super sanctos suos, et in eos qui conuertuntur ad cor.

Veruntamen prope timentes eum salutare ipsius, vt inhabitet gloria in terra nostra.

Misericordia, & veritas obuiauerunt sibi, iustitia, et pax osculatæ sunt.

Veritas de terra orta est, et iustitia de cœlo prospexit.

Et enim dominus dabit benignitatem, et terra nostra dabit fructum suum.

Iustitia ante eum ambulabit, et ponet in via gressus suos.

Gloria patri. ps.

Laudate dominum omnes gentes, laudate eum omnes popu

li. Quoniam confirmata est super nos misericordia eius, et veritas domini manet in æternum.

Gloria. A. Assumpta est maria in cælum gaudent angeli, laudantes benedicunt dominum. Capitulum.

Quæ est ista, quæ progreditur quasi aurora consurgens pulchra vt luna, electa vt sol, terribilis vt castrorum acies ordinata. R. Deo gratias. V. Dignare me laudare te virgo sacrata. R. Da mihi virtutem contra hostes tuos. Kyrie eleison. Christe, eleison. Kyrie eleison. V. Domine exaudi orationem meam. R. Et clamor meus ad te veniat. oratio.

Deus qui virginalem aulam beatæ mariæ virginis, in qua habitares, eligere dignatus es, da quæsumus, vt sua nos defensione munitos, iucundos suæ facias interesse commemorationi. Qui viuis et regnas deus, in secula seculorum. Amen. pro sanctis. A. Sancti dei omnes intercedere digne mini. Vt supra. oratio.

Exaudi nos deus salutaris noster & apostolorum tuorum petri, et pauli, et aliorum apostolorum nos tuæ presidiis, quorum donasti fideles

© Museum Angewandte Kunst, CC BY-NC-SA 4.0
Gefördert durch: Stadt Frankfurt am Main, Dezernat Kultur und Wissenschaft


esse doctrinis, oratio.
Omnes sancti tui. vt supra.
Ad tertiam.
DEus in adiutorium meum in
tende. Domine ad adiu
uandum me festina.
Gloria patri. Alleluia. Hymnus.
Memento salutis. vt supra
A. Maria virgo. ps.

© Museum Angewandte Kunst, CC BY-NC-SA 4.0

Gefördert durch: Stadt Frankfurt am Main, Dezernat Kultur und Wissenschaft



Ad dominum cum tribularer clamaui, & exaudiuit me.

Domine libera animam a labiis iniquis, et a lingua dolosa.

Quid detur tibi? aut quid apponat tibi ad linguam dolosam?

Sagittæ potentis acutæ, cum carbonibus desolatoriis.

Hei mihi, quia incolatus meus prolongatus est. habitaui cum habitantibus cedar multum incola fuit anima mea.

Cum iis, qui oderunt pacem, eram pacificus, cum loquebar illis, impugnabant me gratis.

Gloria patri. ps.

Leuaui oculos meos in montes, vnde veniet auxilium mihi.

Auxilium meum a domino, qui fecit cœlum & terram.

Non det in commotionem pedem tuum, neq; dormitet, qui custodit te.

Nec non dormitabit, neq; dormiet, qui custodit israel.

Dominus custodit te; dominus protectio tua super manum dexteram tuam.

Per diem sol non vret te, neq; luna per noctem. Dominus custodit te ab omni malo. custodiat animam tuam dominus.

Dominus custodiat introitum tuum,

© Museum Angewandte Kunst, CC BY-NC-SA 4.0

Gefördert durch: Stadt Frankfurt am Main, Dezernat Kultur und Wissenschaft

et exitum tuum, ex nunc, et vsq; in
seculum. Gloria. ps.
Lætatus sum in iis, quæ dicta
sunt mihi, in domum domi
ni ibimus.
Stantes erant pedes nostri, in atrijs
tuis hierusalem.
Hierusalem, quæ ædificatur, vt ci
uitas, cuius participatio eius, in idipsi
Illuc enim ascenderunt tribus tri
bus domini, testimonium israel ad co
fitendum nomini domini.
Quia illic sederunt sedes in iudicio,
sedes super domum dauid.
Rogate, quæ ad pacem sunt hieru
salem, & abundantia diligentibus
Fiat pax in virtute tua, et abundã
tia in turribus tuis.
Propter fratres meos, et proximos
meos, loquebar pacem de te.
Propter domum domini dei nostri
quæsiui bona tibi.
Gloria patri. A. Maria virgo assũ
pta est ad ætherium thalamum, in quo
rex regum stellato sedet solio.

Capitulum.

Tu sic in syon firmata sum, et in
ciuitate sanctificata similiter requieui,
et in hierusalem potestas mea. R. Deo g

V. Diffusa est gratia in labijs tuis. R.
Propterea benedixit te deus in æternum.
Kyrie eleison. Christe eleison. Kyrie elei
son. V. Domine exaudi orationem meam
R. Et clamor meus ad te veniat. oratio.
Deus qui salutis æternæ beatæ
mariæ virginitate fœcunda
humano generi præmia præstitisti, tribue
quesumus, vt ipsam pro nobis interce
dere sentiamus, per quam meruimus au
torem vitæ suscipere dominum nostrũ
Iesum Christum filium tuum. Amen.
A. Sancti dei vt supra. oratio.
Protege. vt supra. oratio.
Omnes sancti, vt supra. v.

Ad sextam.

© Museum Angewandte Kunst, CC BY-NC-SA 4.0

Gefördert durch: Stadt Frankfurt am Main, Dezernat Kultur und Wissenschaft



Deus in adiutorium meum inte
de. Domine ad adiuuan
dum me festina.
Gloria patri. Alleluia, Hymnus.
Memento. vt supra. ã. In odorem. pſ.
Ad te leuaui oculos meos qui ha
bitas in cœlis,
Ecce sicut oculi seruorum in manu
bus dominorum suorum.

Sicut oculi ancillæ in manibus do
minæ suæ, ita oculi nostri ad dominum
deum nostrum, donec misereatur nostri.
Miserere nostri domine, miserere nostri
quia multum repleti sumus despectione.
Quia multum repleta est anima nostra
obprobrium abundantibus, et despectio
superbis. Gloria patri. pſ.
Nisi quia dominus erat in nobis di
cat nunc israel, nisi quia dominꝰ
erat in nobis.
Cum exurgerent homines in nos, for
te viuos deglutissent nos.
Cum irasceretur furor eorum in nos,
forsitan aqua absorbuisset nos.
Torrentem pertransiuit anima nostra,
forsitan pertransisset anima nostra aquam
intollerabilem.
Benedictus, dominus, qui non dedit
nos in captionem dentibus eorum.
Anima nostra, sicut passer, erepta est
de laqueo venantium.
Laqueus contritus est, et nos liberati
sumus. Adiutorium nostrum in nomi
ne domini qui fecit cœlum et terram.
Gloria patri. pſ.
Qui confidunt in domino sicut
mons sion, non commouebitur
in æternum, qui habitat in hierusalem

© Museum Angewandte Kunst, CC BY-NC-SA 4.0

Gefördert durch: Stadt Frankfurt am Main, Dezernat Kultur und Wissenschaft


Montes in circuitu eius, et dominus in circuitu populi sui, ex nunc, etusq; in seculum. Quia non relinquet dominus virgam peccatorum super sortem iustorum, ut non extendant iusti ad iniquitatem manus suas. Benefac domine bonis, & rectis corde. Declinantes autem in obligationes, adducet dominus cum operantibus iniquitatem, pax super israel. Gloria. A. In odorem unguentorum tuorum curremus, adulescentule dilexerunt te nimis. Capitulum. Et radicaui in populo honorificato et in partes dei mei hereditas illius, & in plenitudine sanctorum detentio mea. R. Deo gratias. V. Benedicta tu in mulieribus. R. Et benedictus fructus ventris tui. Kyrieeleison. Christeeleison. Kyrieeleison. V. Domine exaudi orationem meam. R. Et clamor meus ad te veniat. oratio.

Concede misericors deus fragilitati nostræ præsidium, ut qui sanctæ tuæ genitricis memoriam agimus, intercessionis eius auxilio, a nostris iniquitatibus resurgamus. Per eundem christum dominum nostrum. Amen. A. Sancti dei. vt supra. oratio

Exaudi. vt supra. oratio.

Omnes sancti tui. vt supra.

Ad nonam.



DEVS in adiutorium meum intende. Domine ad adiuuandum me festina.

Gloria patri. Alleluia. Hymnus.

© Museum Angewandte Kunst, CC BY-NC-SA 4.0

Gefördert durch: Stadt Frankfurt am Main, Dezernat Kultur und Wissenschaft

Memento. vt. s. An. Pulchra es. pſ.

IN conuertendo dominus captiuitatem ſyon facti ſumus ſicut conſolati.

Tunc repletum eſt gaudio os noſtrū, & lingua noſtra exultatione.

Tunc dicent inter gentes magnifi cauit dominus facere cum eis.

Magnificauit dominus facere nobiſ cum, facti ſumus lætantes.

Conuerte domine captiuitatem noſ tram, ſicut torrens in auſtro, qui ſemi nant in lachrimis, in exultatione me tent. Euntes ibant, et flebant, mitte tes ſemina ſua.

Venientes autem venient cum ex ultatione, portantes manipulos ſuos.

Gloria patri. pſ.

NIſi dominus ædificauerit do mum, in vanum laborauerut qui ædificant eam.

Niſi dominus cuſtodierit ciuitatē, fruſtra vigilat, qui cuſtodit eam.

Vanum eſt vobis ante lucem ſur gere, ſurgite poſtquam ſederitis, qui manducatis panem doloris.

Cum dederit dilectis ſuis ſomnum ecce hæreditas domini filii, merces fruc tus ventris.

Sicut ſagittæ in manu potentis, ita filii excuſſorum.

Beatus vir, qui impleuit deſyderium ſuum ex ipſis, non confundetur cum lo quetur inimicis ſuis in porta.

Gloria patri. pſ.

BEati omnes, qui timent domi num, qui ambulant in viis eius.

Labores manuum tuarum quia man ducabis, beatus es, et bene tibi erit.

Vxor tua ſicut vitis abundans, in lateribus domus tuæ.

Filii tui ſicut nouellæ oliuarum in circuitu menſæ tuæ.

Ecce ſic benedicetur homo, qui ti met dominum.

Benedicat tibi dominus ex ſyon, & videas bona hieruſalem omnibus dieb? vitæ tuæ.

Vt videas filios filiorum tuorum, pacem ſuper iſrael.

Gloria patri. A. Pulchra es, et de cora filia hieruſalem, terribilis vt caſ trorum acies ordinata. Capitulum.

IN plateis ſicut cinnamomum, et balſamum aromatizans odo rem dedi, quaſi mirrha electa dedi ſua uitatem odoris. R. Deo gratias. V. Poſt partum virgo inuiolata permaniſti. R.

© Museum Angewandte Kunst, CC BY-NC-SA 4.0

Gefördert durch: Stadt Frankfurt am Main, Dezernat Kultur und Wissenschaft



dei genitrix intercede pro nobis. Kyrieeleyson. Christeeleison Kyrieeleison. ℣. Domine exaudi orationem meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat, oratio.

Famulorum tuorum quæsumus domine delictis ignosce, vt qui tibi placere de actibus nostris nō valemus, genitricis filii tui domini nostri intercessione saluemur. Per eūdem Christum dominum nostrum Amen. A. Sancti dei, vt supra. oro.

Præsta quæsumus omnipotēs deus, vt nullis nos permittas perturbationibus concuti, quos in apostolicæ confessionis petra solidasti oro. Omnes sancti tui, vt supra.

Ad vesperas.

© Museum Angewandte Kunst, CC BY-NC-SA 4.0

Gefördert durch: Stadt Frankfurt am Main, Dezernat Kultur und Wissenschaft



DEVS in adiutorium meum in
tende. Domine ad adiuuã
dum me festina.
Gloria patri. Alleluia. A. Dum es
Dixit dominus domi (set. ps.
no meo, sede adextris meis.
Donec ponam inimicos tuos scabellu
pedum tuorum.
Virgam virtutis tuæ emittet do

© Museum Angewandte Kunst, CC BY-NC-SA 4.0

Gefördert durch: Stadt Frankfurt am Main, Dezernat Kultur und Wissenschaft

minus ex ſion dominare in medio inimi
corum tuorum.

Tecum principium in die virtutis
tuæ, in ſplendoribus ſanctorum ex ve
tero ante luciferum genui te.

Iurauit dominus, et non pœnitebit
eum, tu es ſacerdos in æternum ſecun
dum ordinem melchiſedech.

Dominus adextris tuis confregit in
die iræ ſuæ reges

Iudicabit in nationibus, implebit
ruinas, conquaſſabit capita in terra
multorum.

De torrente in via bibit, propterea ex
altauit caput.

Gloria. A. Dum eſſet rex in accu
bitu ſuo, nardus mea dedit ſuauitatē
odoris. A. Leua eius. pſ.

Laudate pueri dominum, lau
date nomen domini.

Sit nomen domini benedictum, nūc
et vſq; in ſeculum.

A ſolis ortu vſq; ad occaſum, laudā
bile nomen domini.

Excelſus ſuper omnes gentes domi
nus, et ſuper cœlos gloria eius.

Quis ſicut dominus deus noſter?
qui in altis habitat et humilia reſpicit i
cœlo & in terra.

Suſcitans a terra inopem et deſterco
re erigens pauperem.

Vt collocet eum cum principibus,
cum principibus populi ſui.

Qui habitare facit ſterilem in domo
matrem filiorum lætantem.

Gloria patri. A. Leua eius ſub ca
pite meo, et dextera illius amplexabitur
A. Nigra ſum. pſ.

Lætatus ſum in
iis. vīa Nigra ſum, ſed formoſa filia hieruſ
alem in, deo dilexit me rex, et introdu
xit me in cubiculum ſuum. A. Iam hyems
pſ. Niſi dominus ædificauerit domū
vēs. A. Speciosa. pſ.

Laudā hieruſalem dominum, lau
da deum tuum ſyon.

Quoniam confortauit ſeras portarum
tuarum, benedixit filiis tuis in te.

Qui poſuit fines tuos pacem, et adipe
frumenti ſatiat te.

Qui emittit eloquium ſuum terræ,
velociter currit ſermo eius.

Qui dat niuem ſicut lanam nebulam
ſicut cinerem ſpargit.

Mittit chriſtallum ſuam ſicut bucel
las, ante faciem frigoris eius quis ſuſti
nebit? Emittet verbum ſuum, et
liquefaciet ea, flabit ſpiritus eius, &
fluent aquæ.

© Museum Angewandte Kunst, CC BY-NC-SA 4.0

Gefördert durch: Stadt Frankfurt am Main, Dezernat Kultur und Wissenschaft

Qui annunciat verbum suum iacob
iustitias, et iudicia sua israel.
Non fecit taliter omni nationi, et iudi
cia sua non manifestauit eis.
Gloria patri. A. Speciosa facta es, et
suauis in delitiis tuis sancta dei genitrix

Capitulum.

Abinitio et ãn secula creata sum,
et vsque ad futurum seculum non desinã,
et in habitatione sancta coram ipso mini
strauí. R. Deo gratias. Hymnus.

Aue maris stella dei mater alma,
atq; semper virgo Felix cœli por
ta. Sumens illud aue Gabrielis ore,
funda nos in pace Mutans euæ nomen.
Solue vincla reis, profer lumen cæ
cis, Mala nostra pelle, Bona cuncta posce
Monstra te esse matrem sumat per te
preces, Qui pro nobis natus tulit esse tuus
Virgo singularis, Inter omnes mi
tis, Nos culpis solutos, Mites fac et casꝫ
tos. Vitam præsta puram Iter para
tutum, vt videntes Iesum, Semper collæ
temur. Sit Laus deo patri, Summo
christo decus, Spiritui sancto, Trinus ho
nor vnus Amen. v. Diffusa. vtꝫ. R.
Propterea. vtꝫ. An. Beata mater, cantí

Magnificat anima mea dominũ
Et exultauit spiritus
meus in deo salutari meo.
Quia respexit humilitatem ancillæ
suæ ecce enim ex hoc beatam me dicent
omnes generationes.
Quia fecit mihi magna, qui potens
est, et sanctum nomen eius.
Et misericordia eius a progenie in
progenies timentibus eum.
Fecit potentiam in brachio suo, dis
persit superbos mente cordis sui.
Deposuit potentes de sede, et exalta
uit humiles.
Esurientes implenit bonis, et diui
tes dimisit inanes.
Suscepit israel puerum suum, re
cordatus misericordiæ suæ.
Sicut locutus est ad patres nostros
abraam, et semini eius in secula.
Gloria patri. A. Beata mater, et in
macta virgo gloriosa, regina mundi, in
tercede pro nobis ad dominum.
Kyrieeleyson. Christeeleyson
Kyrieeleyson. v. Domine exaudi
orationem meam. R. Et clamor meus
ad te veniat. oratio.

Concede nos famulos tuos quæ
sumus domine deus perpetua
mentis, et corporis sanitate gaudere,
et gloriosa beatæ mariæ semper virgi

© Museum Angewandte Kunst, CC BY-NC-SA 4.0
Gefördert durch: Stadt Frankfurt am Main, Dezernat Kultur und Wissenschaft



nis intercessione, a præsenti liberari tristicia, et æterna per frui lætitia. Perdñm dominum nostrum. Amen. An. Sancti dei. vtſ. Ver. Lætamini. vtſ. R. Et gloriamini. oro. Protege vtſ. oro. Omnes sancti tui vt supra.

Ad completorium.

CONverte nos deus salutaris noster. Et auerte iram tuam a

nobis, Deus in adiutorium meu intende. Domine ad adiuuandu me festina. Gloria patri. Alleluia. ps.

Sepe expugnauerunt me a iuuentute mea, dicat nunc israel. Sepe expugnauerunt me a iuuentute mea, etenim non potuerut mihi. Supra dorsum meum fabricauerunt peccatores, prolongauerut iniquitatem suam. Dominus iustus concidet ceruices peccatorum, confundantur, et conuertantur retrorsum omnes, qui oderunt sion. Fiant sicut fœnum tectorum, quod prius, quam euellatur exaruit. De quo non impleuit manum suã, qui metet, et sinum suum, qui manipulos colliget. Et non dixerunt, qui præteribant, benedictio domini super vos, benedixi mus vobis in nomine domini. Gloria. ps.

De profundis clamaui ad te domine, domine exaudi vocem meam. Fiant aures tuæ intendentes in vocem deprecationis mæ. Si iniquitates obseruaueris domĩe, domine quis sustinebit?



Quia apud te propitiatio est, & propter legem tuam sustinui te domine
Sustinuit anima mea in verbo eius, speravit anima mea in domino.
A custodia matutina usq; ad noctem speret israel in domino. ℣.
Quia apud dominum misericordia, et copiosa apud eum redemptio.
Et ipse redimet israel ex omnibus iniquitatibus eius. ℣.
Gloria patri. ps̃.

Domine non est exaltatum cor meum, neq; elati sunt oculi mei neq; ambulavi in magnis, neq; in mirabilibus super me. ℣.
Si non humiliter sentiebam, sed exaltavi animam meam. ℣.
Sicut ablactatus est super matre sua, ita retributio in anima mea. ℣.
Speret israel in domino, ex nunc, & usq; in seculum. ℣.
Gloria. hymnunus. Memento. vis. capi.


Ego mater pulchræ dilectionis, & timoris, et magnitudinis, et sanctæ spei. R. Deo gratias. v. Ora pro nobis sancta genitrix. R. ut digni efficiamur promissionibus xpi. A. Sub tuum præsidium. Canticum.

Nunc dimittis seruum tuum domine, secundum verbum tuum in pace. Quia viderunt oculi mei salutare tuum. ℣.
Quod parasti, ante faciem omnium populorum. ℣.
Lumen ad revelationem gentium, et gloriam plebis tuæ israel. ℣.
Gloria. A. Sub tuum præsidium confugimus sancta dei genitrix, nostras deprecationes ne despicias in necessitatibus, sed a periculis cunctis libera nos semper virgo gloriosa et benedicta. Kyrieeleison, Christe eleison, Kyrieeleison. v. Domine exaudi orationem meam. R. Et clamor meus ad te veniat. oratio. ℣.

Beatæ, et gloriosæ semperq; virginis mariæ quæsimus domine intercessio gloriosa nos protegat & ad vitam perducat aternam. Per christum dominum nostrum Amen. De sanctis. A. Sancti dei. vt̃s. oratio.
Exaudi nos. vt supra. oratio.
Omnes sancti tui. vt supra. Canticu.

Salue regina misericordiæ. vita dulcedo, & spes nostra salue. Ad te clamamus exules filii euæ. Ad te suspiramus gementes, & flentes in hac lachrimarum valle. Eia ergo aduocata nostra, illos tuos misericordes oculos ad nos conuerte. Et iesum benedictum fructum ventris tui no

© Museum Angewandte Kunst, CC BY-NC-SA 4.0
Gefördert durch: Stadt Frankfurt am Main, Dezernat Kultur und Wissenschaft



bis post hoc exilium ostende. O clemens
opia, o dulcis virgo maria. ℣. ora pro
bis sancta dei genitrix. ℟. vt digni
ciamur promissionibus christi. oratio

Omnipotens sempiterne deus
gloriosæ virginis matris mar
corpus, et animam vt dignum filii tui
bitaculum effici mereretur spiritu sa
cooperante præparasti, da vt cuius co
memoratione lætamur, eius pia intercess
ne ab instantibus malis, & a morte p
tua liberemur. Per eundem christum d
minum nostrum. Amen.

De sancta cruce ad ma
tutinum.

© Museum Angewandte Kunst, CC BY-NC-SA 4.0

Gefördert durch: Stadt Frankfurt am Main, Dezernat Kultur und Wissenschaft



DOMINE labia mea aperies
Et os meum annunciabit
laudem tuam.
Deus in adiutorium meum intende.
Domine ad adiuuandum me festina.
Gloria patri Hymnus.
PAtris sapientia veritas diuina, de
homo captus est hora matutina,
a nocte diluculo cito derelictus, a iudæis

© Museum Angewandte Kunst, CC BY-NC-SA 4.0

Gefördert durch: Stadt Frankfurt am Main, Dezernat Kultur und Wissenschaft

traditus venditus & afflictus. v. Adora
te christe, & benedicimus tibi. R. Quia
per sanctam crucem tuam redemisti mundu
Domine iesu christe fili dei viui, pone
passionem tuam crucem, & mor
tem tuam inter iudicium tuum, et anima
meam nunc, et in hora mortis mee, et mi
hi largiri digneris gratiam, & misericor
diam, viuis et defunctis requiem, et veram
ecclesie tue pacem, & concordiam, nobis pe
catoribus vitam, et gratiam sempiternam
Qui viuis, et regnas. Ad primam. v.
Deus in adiutorium. Gloria patri. Hymn
Hora prima dustus est Iesus ad pila
tum, a falsis testibus multum ac
cusatum colaphis percutiunt, et manibus
ligatum, vultum dei conspuunt lumen
celi gratum. v. Adoramus te christe, & be
nedicimus tibi. R. Quia per sanctam. orati
Domine iesu christe. vt s. Ad tertiam.
Deus in adiutorium. v.
Gloria patri. Hymnus.
Crucifige crucifige clamitant ho
ra tertia illusus induitur veste
purpurea caput eius pungitur corona
spinea, crucem portat humeris ad locum
penarum. v. Adoramus te christe. R.
Quia. orati. Domine iesu. vt s. Ad sextam
Deus in adiutorium. Gloria. Hymn


Hora sexta dominus iesus est cruci
conclauatus, & cum latronibus
pendens deputatus: prae tormentis sitiens
fele saturatus, agnus crimen diluens sic
iudificatus. v. Adoramus. R. Quia.
orati. Domine iesu. vt s. Ad nonam. v.
Deus in adiutorium. Gloria. hym
Hora nona dominus iesus expira
uit heli clamans, animam pa
tri commendauit, latus eius lancea miles
perforauit, terra tunc contremuit, &
sol obscurauit. v. Adoramus. R. Quia
oro. Domine iesu. vt s. Ad vesperas. v.
Deus in adiutorium. Gloria. hy
De cruce deponitur hora vespere
mina fortitudo latuit in mente
diuina. Mortalem mortem subiit vitae medi
cina. Ecce corona gloriae iacuit supina. v.
Adoramus te. R. Quia. oratio.
Deinanc iesu. vt supra. Ad complet
Converte nos deus salutare
noster. Et averte iram tuam
a nobis. v. Deus in adiutorium.
Gloria patri. Hymnus.
Hora completorii datur sepultu
rae corpus christi nobile fres
vitae futurae, conditur aromate, comple
tur scripturae, ingris sit memoria mortis
tuae dulce. v. Adoramus te. oratio.

© Museum Angewandte Kunst, CC BY-NC-SA 4.0
Gefördert durch: Stadt Frankfurt am Main, Dezernat Kultur und Wissenschaft



© Museum Angewandte Kunst, CC BY-NC-SA 4.0

Gefördert durch: Stadt Frankfurt am Main, Dezernat Kultur und Wissenschaft



tuam. Deus in adiutorium meum in tende. Domine ad adiuuandum me festina. Gloria patri. Alleluia. hymnus.

Nobis sancti spiritus gratia sit data, de qua virgo virginum fuit obumbrata, cum per sanctum angelum fuit salutata, verbum caro factum est & virgo fœcundata. An. veni sancte spiritus reple tuorum corda fidelium et tui amoris in eis ignem accende. ver. Emitte spiritum tuum, et creabuntur. R. Et renouabis faciem terræ. oratio.

Omnipotens sempiterne deus, da illam sancti spiritus gratiam, q̄ discipulis tuis in die sancto pentecostes transmisisti. Qui viuis. Ad primam. ℣. Deus in adiutorium. Gloria. hymn?

De virgine maria christus fuit natus, crucifixus mortuus atq; tumulatus, resurgens discipulis fuit demonstratus, et ipsis cernentibus in cœlis eleuatus. An. veni sancte. v. Emite oro. Omnipotens, vt s. Ad tertiam. ℣. Deus in adiutorium. Gloria. hymn?

Super sanctum spiritum deus descendit, in die pentecostes apostolos confortauit, et de linguis igneis ipsos inflammauit, relinquere orphanos eos denegauit. An. veni sancte. v. Emitte.

© Museum Angewandte Kunst, CC BY-NC-SA 4.0

Gefördert durch: Stadt Frankfurt am Main, Dezernat Kultur und Wissenschaft

oratio. Omnipotens. vt s. Ad sextam. v.
Deus in adiutorium. Gloria. hym'
Septiformem gratiam, tunc acce
perunt, quare idiomata om
nia cognouerunt, ad diuersa climata mun
di recesserunt, et fidem catholicam tunc
prædicauerunt. An. veni sancte. versus.
Emitte. orõ. Omnipotens. vt s. Ad nonam
Deus in adiutorium.
Gloria patri. Hymnus.
Spiritus paraclitus fuit appellatus
donum dei charitas fons viuus
catus spiritalis vnctio ignis inflammat
septiformis gratiæ charisma vocatur. A.
veni sancte. V. Emitte. oratio. Omnipo
tens sempiterne. vt s. Ad vesperas. v.
Deus in adiutorium. Gloria. hym'
Extra dei digitus virtus spi
talis, nos defendat eruat ab
omnibus malis, vt nobis non noceat
dæmon infernalis sed protegat nutri
at, foueat sub alis. An. veni sce. v.
Emitte. orõ. Omnipotens. vt supra.
Ad completorium.
Conuerte nos deus salutaris no
ster. Et auerte iram tuam à nobis.
Deus in adiutorium. Gloria. hym'
Spiritus paraclitus nos velit iuua
re, gressus nostros regere et illu

minare, vt cum deus venerit, omnes iu
dicare, nos velit ad dexteram omnes ap
pellare. A. veni. v. Emitte. oratio.
Omnipotens. vt s. Recõmendatio.
Has horas canonicas cum deuo
tione, tibi sancte spiritus pia ra
tione dixi, vt nos visites inspiratione, &
viuamus iugiter in cœli regione.
A
M E
N

Incipiunt septem psalmi penitentiales.
Antiphona. Ne reminiscaris. psalmus.

© Museum Angewandte Kunst, CC BY-NC-SA 4.0
Gefördert durch: Stadt Frankfurt am Main, Dezernat Kultur und Wissenschaft



© Museum Angewandte Kunst, CC BY-NC-SA 4.0

Gefördert durch: Stadt Frankfurt am Main, Dezernat Kultur und Wissenschaft




meam ſalutum me fac propter miſericordi
am tuam.
Quoniam non eſt in morte, qui memor
ſit tui in inferno autem quis confitebit
tibi? Laboraui in gemitu meo, lauta
bo per ſingulas noctes lectum meum, la-
chrimis meis ſtratum meum rigabo.
Turbatus eſt a furore oculus meus,
inueteraui inter omnes inimicos meos.
Diſcedite à me omnes qui operamini
iniquitatem, quoniam exaudiuit domi
nus vocem fletus mei.
Exaudiuit dominus deprecationem
meam dominus orationem meam ſuſcepit
Erubeſcant, et conturbentur veheme
ter omnes inimici mei, conuertantur, &
erubeſcant valde, velociter.
Gloria patri. ps.
Beati quorum remiſſæ ſunt
iniquitates, et quorum tecta
ſunt peccata.
Beatus vir, cui non imputauit do
minus peccatum, nec eſt in ſpiritu eius do
lus. Quoniam tacui, inueteraſcerunt
oſſa mea, dum clamarem tota die.
Quoniam die, ac nocte grauata eſt ſuper
me manus tua. conuerſus ſum in erum
na, mea dum configitur ſpina.
Delictum meum cognitum tibi feci, et

© Museum Angewandte Kunst, CC BY-NC-SA 4.0
Gefördert durch: Stadt Frankfurt am Main, Dezernat Kultur und Wissenschaft



iniustitiam meam non abscondi.
Dixi confitebor aduersum me iniu
stitiam meam domino, & tu remisisti impie
tatem peccati mei.
Pro hac orabit ad te omnis sanctus in
tempore opportuno.
Verúntamen in diluuio aquarum
multarum ad eum non approximabunt
Tu es refugium meum à tribulatione
quæ circundedit me, exultatio mea, erue
à circundantibus me.
Intellectum tibi dabo, et instruam te
in via hac, qua gradieris. firmabo super
te oculos meos.
Nolite fieri sicut equus, et mulus,
quibus non est intellectus.
In chamo, et freno maxillas eorum
constringe, qui non approximant ad te.
Multa flagella peccatoris. sperantes au
tem in domino misericordia circundabit
Lætamini in domino, & exultate iu
sti; et gloriamini omnes recti corde.
Gloria patri. ps.
Domine ne infurore tuo arguas
me neq; in ira tua corripias me
Quoniam sagittæ tuæ infixæ sunt
mihi, et confirmasti super me manum
tuam.
Non est sanitas in carne mea
à facie iræ tuæ, non est pax ossibus meis
à facie peccatorum meorum.
Quoniam iniquitates mæ super gres
sæ sunt caput meum, et sicut onus graue
grauate sunt super me.
Putruerunt, et corruptæ sunt cica
trices meæ, à facie insipientiæ meæ.
Miser factus sum, et curuatus sum
usq; in finem tota die contristatus ingre
diebar. Quoniam lumbi mei implen
sunt illusionibus. & non est sanitas in
carne mea.
Afflictus sum, et humiliatus sum nimis
rugiebam à gemitu cordis mei
Domine ante te omne desyderium
meum, & gemitus meus à te non est ab
sconditus.
Cor meum conturbatum est in me,
dereliquit me virtus mea, & lumen
oculorum meorum, et ipsum non est me
cum. Amici mei, et proximi mei ad
uersum me appropinquauerunt, et ste
terunt.
Et qui iuxta me erant, de longe ste
terunt, & vim faciebant, qui quærebat
animam meam.
Et qui inquirebant mala mihi locu
ti sunt vanitates, et dolos tota die medi
tabantur. Ego autem tanquam sur
dus non audiebam. & sicut mutus non

© Museum Angewandte Kunst, CC BY-NC-SA 4.0
Gefördert durch: Stadt Frankfurt am Main, Dezernat Kultur und Wissenschaft



aperiens os suum.

Et factus sum sicut homo non audiens, et non habens in ore suo redargutiones.

Quoniam in te domine speraui tu exaudies me domine deus meus.

Quia dixi nequando super gaudeat inimici mei, & dum commouentur pedes mei super me magna locuti sunt.

Quoniam ego in flagella paratus sum et dolor meus in conspectu meo semper.

Quoniam iniquitatem meam annuntiabo, & cogitabo pro peccato meo.

Inimici autem mei uiuunt et confirmati sunt super me, & multiplicati sunt qui oderunt me iniquo.

Qui retribuunt mala pro bonis detrahebant mihi, quoniam sequebar bonitatem.

Ne derelinquas me domine deus meus, ne discesseris a me.

Intende in adiutorium meum domine deus salutis meæ.

Gloria patri. ps.

Miserere mei deus secundum magnam misericordiam tuam.

Et secundum multitudinem miserationum tuarum, dele iniquitatem meam.

Amplius laua me ab iniquitate mea & a peccato meo munda me.

Quoniam iniquitatem meam ego cognosco. et peccatum meum contra me est semper.

Tibi soli peccaui, & malum coram te feci, vt iustificeris in sermonibus tuis, & vincas cum iudicaris.

Ecce enim in iniquitatibus concepta sum et in peccatis concepit me mater mea.

Ecce enim veritatem dilexisti, incerta, & occulta sapientiæ tuæ manifestasti mihi.

Asperges me domine hyssopo, & mundabor, lauabis me, et super niuem dealbabor.

Audi tui meo dabis gaudium, & letitia et exultabunt ossa humiliata.

Auerte faciem tuam à peccatis meis et omnes iniquitates meas dele.

Cor mundum crea in me deus et spiritum rectum innoua in uisceribus meis.

Ne proicias me a facie tua, et spiritu sanctum tuum ne auferas à me.

Redde mihi lætitiam salutaris tui, & spiritu principali confirma me.

Docebo iniquos uias tuas, & impii ad te conuertentur.

Libera me de sanguinibus deus deus salutis meæ, & exultabit lingua mea iustitiam tuam.

Domine labia mea aperies, & os meum annunciabit laudem tuam.

Quoniam si voluisses sacrificium de

© Museum Angewandte Kunst, CC BY-NC-SA 4.0

Gefördert durch: Stadt Frankfurt am Main, Dezernat Kultur und Wissenschaft



dissem, vtiqs holocaustis non delectaberis
Sacrificium deo, spiritus contribulatus, cor contritum, & humiliatum deus non despicies.
Benigne fac domine in bona voluntate tua sion, vt ædificentur muri hierusalē
Tunc acceptabis sacrificium iustitiæ, oblationes, et holocausta, tunc imponent super altare tuum vitulos. ℣
Gloria patri, ps̄.
Domine exaudi orationem meam et clamor meus ad te veniat. ℟
Non auertas faciem tuam à me, inquacunqs die tribulor, inclina ad me aurē tuam. In quacunqs die inuocauero te, velociter exaudi me.
Quia defecerunt sicut fumus dies mei, et ossa mea sicut cremium aruerunt
Percussus sum vt fœnum, & aruit cor meum, quia oblitus sum comedere panem meum.
A voce gemitus mei, adhæsit os meū carni meæ. Similis factus sum pelicano solitudinis, factus sum sicut nicticorax in domicilio.
Vigilauī, et factus sum sicut passer solitarius in tecto.
Tota die exprobrabant mihi inimici mei & qui laudabant me, aduersum me iurabant. Quia cinerem tanquam panem manducabam, et potum meum cum fletu miscebam.
A facie iræ indignationis tuæ quia elevans allisisti me.
Dies mei sicut vmbra declinauerunt et ego sicut fœnum aruī
Tu autem domine in æternum permanes, et memoriale tuum in generatione & generationem.
Tu exurgens misereberis syon quia tempus miserendi eius, quia venit tempus. ℣
Quoniam placuerunt seruis tuis lapides eius, et terræ eius miserebuntur.
Et timebunt gentes nomen tuum domine, & omnes reges terræ gloriam tuam. ℟
Quia ædificauit dominus sion, & videbitur in gloria sua.
Respexit in orationem humilium, & non sprevit preces eorum
Scribantur hæc in generatione altera, et populus, qui creabitur, laudabit dominum. Quia prospexit de excelso sancto suo. dominus de cœlo in terram aspexit.
Vt audiret gemitus compeditorum vt solueret filios interemptorum.
Vt annuncient in sion nomen domini et laudem eius in hierusalem.
In conuenendo populos in vnum, &

© Museum Angewandte Kunst, CC BY-NC-SA 4.0
Gefördert durch: Stadt Frankfurt am Main, Dezernat Kultur und Wissenschaft

reges vt seruiant domino.

Respondit ei in via virtutis suæ, pau
citatem dierum meorum nuntia mihi &
Ne revoces me in dimidio dierum meo
rum, in generatione, & generationem an
ni tui. Initio tu domine terram fun
dasti, et opera manuum tuarum sunt cæ
Ipsi peribunt, tu autem permanes, &
omnes sicut vestimentum veterascent ipsi
Et sicut opertorium mutabis eos, et mu
tabuntur, tu autem idem ipse es, & annus
non deficient.

Filii seruorum tuorum habitabunt, &
semen eorum in seculum dirigetur.

Gloria patri. ps̄.

De profundis clamaui ad te domine, do
mine exaudi orationem ps̄.
meam, auribus percipe obsecra
tionem meam, in veritate tua exaudi me
in tua iustitia.

Et non intres in iudicium cum seruo
tuo, quia non iustificabitur in conspectu
tuo omnis viuens.

Quia persecutus est inimicus animam
meam, humiliauit in terra vitam meam.
Collocauit me in obscuris sicut mortuos
seculi, et anxiatus est super me spiritus me
in me turbatum est cor meum.

Memor fui dierum antiquorum, me
ditatus sum in omnibus operibus tuis. &
in factis manuum tuarum meditabar. +

Expandi manus meas ad te, anima mea
sicut terra sine aqua tibi.

Velociter exaudi me domine, defecit spi
ritus meus.

Non auertas faciem tuam à me, et similis
ero descendentibus in lacum.

Auditum fac mihi mane misericordia
tuam quia in te speraui.

Notam fac mihi viam, in qua ambulem
quia ad te leuaui animam meam.

Eripe me de inimicis meis, domine ad te
confugi, doce me facere voluntatem tuam, quia
deus meus es tu.

Spiritus tuus bonus deducet me in ter
ram rectam propter nomen tuum domine vi
uificabis me in æquitate tua.

Educes de tribulatione animam meam & in
misericordia tua disperdes inimicos meos

Et perdes omnes qui tribulant animam
meam, quoniam ego seruus tuus sum.

Gloria patri A.


Ne reminiscaris domine, delicta nostra
vel parentum nostrorum, neq; vindictam
sumas de peccatis nostris domine deus noster.

Kyrieeleison. Christeeleison.
Kyrieeleison.

Christe audi nos. Christe exaudi nos

© Museum Angewandte Kunst, CC BY-NC-SA 4.0

Gefördert durch: Stadt Frankfurt am Main, Dezernat Kultur und Wissenschaft



Pater de cœlis deus miserere nobis
Fili redemptor mundi deus miserere nobis
tri. Spiritus sancte deus miserere nobis
Sancta trinitas unus deus miserere no
bis.
Sancta Maria, ora pro nobis
Sancta dei genitrix.
Sancta virgo virginum.
Sancte michael.
Sancte gabriel.
Sancte raphael.
Omnes sancti angeli et archangeli ora
Omnes sancti beatorum spirituum ordi
nes, orate pro nobis.
Sancte Ioannes baptista.
Omnes sancti patriarchæ, & prophetæ,
orate pro nobis:
Sancte petre.
Sancte paule.
Sancte andreæ,
Sancte Iacobe,
Sancte ioannes
Sancte thoma.
Sancte iacobe frater iesu christi
Sancte philippe.
Sancte bartholomæe.
Sancte mathæe.
Sancte simon.
Sancte thadæe.

Sancte mathia.
Sancte barnaba.
Sancte luca.
Sancte marce.
Omnes sancti apostoli et euangelistæ, ORT.
Omnes sancti discipuli domini.
Omnes sancti innocentes.
Sancte stephane.
Sancte laurenti.
Sancte vincenti.
Sancte fabiane.
Sancte sebastiane.
Sancte blasi.
Sancti ioannes, et paule.
Sancti cosma et damiane.
Sancti oriuasi et protasi.
Sancte siluester.
Sancte gregori.
Sancte martine,
Sancte augustine.
Sancte ambrosi.
Sancte hieronime.
Sancte nicolae.
Omnes sancti pontifices. et confessores
Omnes sancti doctores.
Sancte benedicte,
Sancte francisce.
Sancte anthoni.
Sancte dominice,

© Museum Angewandte Kunst, CC BY-NC-SA 4.0
Gefördert durch: Stadt Frankfurt am Main, Dezernat Kultur und Wissenschaft

Omnes sancti monachi & heremita. ora
Omnes sancti sacerdotes et leuita. ora
Sancta maria magdalena. ora
Sancta agnes. ora
Sancta luciæ. ora
Sancta cæcilia. ora
Sancta agatha. ora
Sancta caterina. ora
Sancta clara. ora
Sancta helisabet. ora
Omnes sanctæ virgines et vidue. ora
Omnes sancti, et sanctæ dei. intercedite
pro nobis.
Propitius esto, parce nobis domine.
Propitius exaudi nos domine.
Ab omni malo, libera nos domine
Ab omni peccato libera nos domine
Ab ira tua.
Subitanea & improuisa morte.
Ab insidiis diaboli.
Ab ira, & odio, et omni mala voluntate
Spiritu fornicationis.
Fulgure, et tempestate.
Morte perpetua
Per misterium sancte incarnationis tue
Per aduentum tuum.
Per natiuitatem tuam.
Per baptismum et sanctum seruitium
tuum. libera nos domine.

Per crucem, & passionem tuam.
Per mortem et sepulturam tuam.
Per sanctam resurrectionem tuam.
Per admirabilem ascentionem tuam.
Per aduentum spiritus sancti paracleti
In die iudicii.
Peccatores. te rogamus audi nos.
Vt nobis parcas.
Vt nobis indulgeas,
Vt ad veram penitentiam nos perducere
digneris.
Vt ecclesiam tuam sanctam regere & co
seruare digneris
Vt dominum apostolicum et omnes eccle
siasticos ordines in sancta religione conser
uare digneris.
Vt regibus et principibus christianis pa
cem et veram concordiam donare digneris.
Vt nos metipsos in tuo sancto seruitio co
fortare et conseruare digneris.
Vt mentes nostras ad cœlestia desyderia
erigas.
Vt omnibus benefactoribus nostris sem
piterna bona retribuas.
Vt animas nostras fratrum propinquo
rum, et benefactorum nostrorum ab æterna
damnatione eripias.
Vt fructus terræ, dare et conseruare dig
neris. te rogamus audi nos.

© Museum Angewandte Kunst, CC BY-NC-SA 4.0
Gefördert durch: Stadt Frankfurt am Main, Dezernat Kultur und Wissenschaft



Vt omnibus fidelibus defunctis requi
æternam donare digneris. ℣.
Vt nos exaudire digneris. ℣.
Fili dei. te rogamus audi nos. ℣.
Agnus dei qui tollis peccata mundi par
ce nobis domine. ℣.
Agnus dei qui tollis peccata mundi ex
audi nos domine. ℣.
Agnus dei qui tollis peccata mundi, mi
serere nobis.
Christe audi nos.
Christe exaudi nos.
Kyrie eleison.
Christe eleison.
Kyrie eleison.
Pater noster. ps.

Deus in adiutorium meum intende.
Domine ad adiuuandum me
festina. Confundantur, et reuerantur
qui quærunt animam meam.
Auertantur retrorsum, & erubescant
qui volunt mihi mala.
Auertantur statim erubescentes, qui
dicunt mihi euge, euge.
Exultent, et lætentur in te omnes, qui
quærunt te et dicant semper, magnificet
dominus qui dilgunt salutare tuum.
Ego vero egenus, et pauper sum deus
adiuua me.

Adiutor meus et liberator meus es tu,
domine ne moreris.
Gloria. ℣. Saluos fac seruos tuos. ℟.
Deus meus sperantes in te. ℣. Esto nobis do
mine turris fortitudinis. ℟. A facie inimi
ci. ℣. Nihil proficiet inimicus in nobis. ℟.
Et filius iniquitatis non apponat nocere
nobis. ℣. Domine non secundum peccata
nostra facias nobis. ℟. Neqz secundum
iniquitates nostras retribuas nobis. ℣. Ore
mus pro papa nostro. ℟. Dominus conseruet
eum et viuificet eum et beatum faciat eum
in terra, et non tradat eum in animam
inimicorum eius. ℣. Oremus pro bene
factoribus nostris. ℟. Retribuere digneare
domine omnibus nobis bona facientibus
propter nomen sanctum tuum, vitam æter
nam. Amen. ℣. Oremus pro fidelibus
defunctis. ℟. Requiem æternam dona eis
domine et lux perpetua luceat eis. ℣. Re
quiescant in pace. Amen. ℣. Pro fratribus
nostris absentibus. ℟. Saluos fac seruos tu
os deus meus sperantes inte. ℣. Mitte eis
domine auxilium de sancto. ℟. Et de sion
tuere eos. ℣. Domine exaudi orationem
meam. ℟. Et clamor meus ad te veniat. orem?

Deus cui proprium est misereri ꝺ̄o.
semper et parcere suscipe deprecatio
nem nostram, vt nos, & omnes famulos tuos

© Museum Angewandte Kunst, CC BY-NC-SA 4.0

Gefördert durch: Stadt Frankfurt am Main, Dezernat Kultur und Wissenschaft

quos delictorum catena constringit, mi-
ratio tue pietatis absoluat. oro.

Exaudi quæsumus domine supplicum
preces, et confitentium tibi, parce
peccatis vt pariter nobis indulgentiam tu-
as benignus et pacem. oro.

Ineffabilem nobis domine miseri-
diam tuam clementer ostende, vt si-
mul nos et a peccatis omnibus exuas, & a pœ-
nis, quas pro his meremur eripias. oro. ℣

Deus qui culpa offenderis, pœnitentia placaris, preces populi tui in-
plicantis propitius respice, et flagella tue
iracundie quæ pro peccatis nostris meren-
tur auerte. oratio.

Omnipotens sempiterne deus mise-
rere famulis tuis papæ nostri, et dirige eum
secundum tuam clementiam in viam salu-
tis æternæ vt te donante tibi placita cupiat,
et tota virtute proficiat. oro.

Deus a quo sancta desideria recta con-
silia, et iusta sunt opera, da seruis
tuis illam, quam mundus dare non potest,
pacem vt et corda nostra mandatis tuis de-
dita, et hostium sublata formidine, tempo-
ra sint tua protectione tranquilla. oro.

Regne sancti spiritus rector nostro
et cor nostrum domine, vt tibi cas-
to corpore seruiamus, et mundo corde pla-

mus. oratio.

Deus omnium conditor,
et redemptor animabus famulo
rum, famularumq; tuarum remissionem
cunctorum tribue peccatorum, vt indul-
gentiam, quam semper optauerunt, pijs
supplicationibus consequantur. oratio.

Actiones nostras quæsumus domi-
ne aspirando præ veni, et adiuua
do prosequere vt cuncta nostra oratio, &
operatio a te semper incipiat. & per te cœpta
finiatur. oro.

Omnipotens sempiterne deus, qui
viuorum dominaris simul, et mortuorum
omniumq; miseris quos tuos fide, & opere
futuros esse prænoscis te suppliciter exora-
vt pro quibus effundere preces decreuimus
quosq; vel præsens seculum adhuc in carne
retinet, vel futurum iam exutos corpore sus-
cepit, intercedentibus omnibus sanctis tuis
pietatis tuæ clementia omnium delictorū
suorum veniam consequantur. Per dominum
ver. Domine exaudi orationem meam. R.
Et clamor meus ad te veniat. v. Benedicamus
domino R. Deo gratias. Amen.

Incipit officium pro defunctis. Ad ves-
peras. An. Placebo domino. psalmus.

© Museum Angewandte Kunst, CC BY-NC-SA 4.0

Gefördert durch: Stadt Frankfurt am Main, Dezernat Kultur und Wissenschaft



DILEXI Quoniam exaudiet dominus vocem orationis mee quia inclinauit aurem suam mihi, et in diebus meis inuocabo.
Circundederunt me dolores mortis, et pericula inferni inuenerunt me.
Tribulationem et dolorem inuenj, & nomen domini inuocaui.
O domine libera animam meam, miseri

© Museum Angewandte Kunst, CC BY-NC-SA 4.0

Gefördert durch: Stadt Frankfurt am Main, Dezernat Kultur und Wissenschaft



ores dominus et iustus, & deus noster miserꝛ
Custodiens parvulos dominus; humilia
tus sum et liberavit me.
Convertere anima mea in requiem tuam
quia dominus benefecit tibi.
Quia eripuit animam meam de morte
oculos meos a lachrymis, pedes meos a lapsu
Placebo domino in regione vivorum
Requiem æternam dona eis domine, et
lux perpetua luceat eis. ā. Placebo domiō
in regione vivorum. A. Hei mihi. pſ.
Ad dominum cum tribularer clama
vi. vīs. Requiem. A. Hei mihi quia i
colatus meus prolongatus est. A. Dns. ps.
Levavi oculos. mſ. Requiem. An.
Dominus custodit te ab omni malo custo
diat animam tuam dominus. A. Si iniq
tates pſ. De profundis. A. Si iniquita
tes observaveris domine, domine, quis
sustinebit. A. opera manuum. pſ.
Confitebor tibi domine in toto
corde meo, quoniam audisti ver
ba oris mei.
In conspectu angelorum psallam ti
bi adorabo ad templum sanctum tuum,
et confitebor nomini tuo.
Super misericordia tua, et veritate
tua, quoniam magnificasti super omne
nomen sanctum tuum.

© Museum Angewandte Kunst, CC BY-NC-SA 4.0
Gefördert durch: Stadt Frankfurt am Main, Dezernat Kultur und Wissenschaft

In quacunq; die inuocauero te, exaudi me; multiplicabis in anima mea virtutem. Confiteantur tibi domine omnes reges terræ, quia audierunt omnia verba oris tui. Et cantent in viis domini, quoniam magna est gloria domini.

Quoniam excelsus dominus, et humilia respicit, et alta à longe cognoscit.

Si ambulauero in medio tribulationis, viuificabis me et super iram inimicorum meorum extendisti manum tuam, et saluum me fecit dextera tua.

Dominus retribuet pro me. domine misericordia tua in seculum, opera manuum tuarum ne despicias.

Requiem. A. Opera manuum tuarum domine ne despicias. V. Audiui vocem de cælo dicentem mihi. R. Beati mortui, qui in domino moriuntur. A. Omne. Canticum.

Magnificat. vtſ. Requiem. A. Omne quod dat mihi pater, ad me veniet, et eum qui venit ad me, non eiiciam foras. Pater noster. pſ.

Anda anima mea dominum laudabo dominum in vita mea, psallam deo meo quam diu fuero.

Nolite confidere in principibus, neq; in filiis hominum in quibus non est salus. Exibit spiritus eius, et reuertetur in ter-

ram suam, in illa die peribunt omnes cogitationes eorum.

Beatus cuius deus iacob adiutor eius spes eius in domino deo ipsius, qui fecit cælum et terram, mare, et omnia que in eis sunt. Qui custodit veritatem in seculū qui facit iudicium iniuriam patientibus, qui dat escam esurientibus.

Dominus soluit compeditos dominus illuminat cæcos.

Dominus erigit elisos, dominus diligit iustos. Dominus custodit aduenas pupillum, et viduam suscipiet, & vias peccatorum disperdet.

Regnabit dominus in secula deus tuus sion, in generatione, et generationem.

Requiem. v. Requiescant in pace. R. Amen. v. Domine exaudi orationem meam. R. Et clamor meus ad te veniat. oro.

Deus qui inter apostolicos sacerdotes famulos tuos pontificali, seu sacerdotali fecisti dignitate vigere, præsta quæsumus, vt eorum quoq; perpetuo aggregent consortio. oratio.

Deus veniæ largitor, et humanæ salutis amator, quæsimus clementiam tuā, vt nostræ congregationis, fratres, sorores, propinquos, et benefactores nostros, qui ex hoc seculo transierunt, beata maria sem-

© Museum Angewandte Kunst, CC BY-NC-SA 4.0

Gefördert durch: Stadt Frankfurt am Main, Dezernat Kultur und Wissenschaft

per virgine intercedente cum omnibus
sanctis ad perpetuæ beatitudinis consor
tium peruenire concedas. oro.

Fidelium deus omnium condi
tor et redemptor, animabus fa
mulorum, famularumq; tuarum remi
ssionem cunctorum tribue peccatorum
vt indulgentiam, quam semper opta
uerunt, pijs supplicationibus consequi
tur. Qui viuis, et regnas cum deo patre in
vnitate spiritus sancti deus. Per omnia
secula seculorum. R. Amen. v. Requiem
eternam dona eis domine. R. Et lux per
petua luceat eis. v. Requiescant in pace.
Amen. Inuitatorium. Regem cui omnia
viuunt. venite adoremus. ps.

Venite exultemus. vt s. Requiem. A

Dirige. ps.

Verba mea auribus percipe domi
ne intellige clamorem meum.

Intende voci orationis mæ, rex meus
et deus meus.

Quoniam ad te orabo domine ma
ne exaudies vocem meam.

Mane astabo tibi, et videbo, quoniam
non deus volens iniquitatem tu es.

Neq; habitabit iuxta te malignus,
neq; permanebunt iniusti ante oculos
tuos. Odisti omnes, qui operantur
iniquitatem, perdes omnes, qui loquun
tur mendatium.

Virum sanguinum, et dolosum abomi
nabitur dominus, ego autem in multitudi
ne misericordiæ tuæ.

Introibo in domum tuam. adorabo ad
templum sanctum tuum in timore tuo. +

Domine deduc me in iustitia tua prop
ter inimicos meos, dirige in conspectu tuo
viam meam.

Quoniam non est in ore eorum veri
tas cor eorum vanum est. +

Sepulchrum patens est guttur eorum
linguis suis dolose agebant, iudica illos de
Decidant à cogitationibus suis, secun
dum multitudinem impietatum eorum,
expelle eos quoniam irritauerunt te do
mine. Et lætentur omnes qui sperant
in te, in æternum exultabunt, et habita
bis in eis. Et gloriabuntur in te omes,
qui diligunt nomen tuum, quoniam tu
benedices iusto.

Domine vt scuto bonæ voluntatis tuæ
coronasti nos. Requiem. A. Dirige do
mine deus meus in conspectu tuo viam mea
A. Conuertere domine, ps. +

Domine ne in furore tuo arguas. vt su.

Requiem. A. Conuertere domine, et
erue animam meam, quoniam non est in

© Museum Angewandte Kunst, CC BY-NC-SA 4.0
Gefördert durch: Stadt Frankfurt am Main, Dezernat Kultur und Wissenschaft

morte qui memor sit tui. A. Nequando

Domine deus meus in te speraui saluum me fac ex omnibus persequentibus me et libera me.

Nequando rapiat vt leo animam meam, dum non est qui redimat, neq; qui saluum faciat.

Domine deus meus si feci istud si est iniquitas in manibus meis.

Si reddidi retribuentibus mihi mala decidam merito ab inimicis meis inanis.

Persequatur inimicus animam meam et comprehendat, et conculcet in terra vitam meam et gloriam meam in pulueremdeducat. Exurge domine in ira tua, et exaltare in finibus inimicorum meorum.

Et exurge domine deus meus in precepto. quod mandasti et synagoga populorum circundabit te.

Et propter hac in altum regredere dominus iudicat populos.

Iudica me domine secundum iustitiam meam, et secundum innocentiam meam, super me. Consumetur nequitia peccatorum, et dirriges iustum, scrutans corda, et renes deus.

Iustum adiutorium meum a domino qui saluos facit rectos corde.

Deus iudex iustus fortis, et patiens,

nunquid irascitur per singulos dies.

Nisi conuersi fueritis, gladium suum vibrauit, arcum suum tetendit, et paravit illum. Et in eo paravit vasa mortis, sagittas suas ardentibus effecit.

Ecce parturit iniustitiam, concepit dolore et peperit iniquitatem.

Lacum aperuit, et effodit eum, et incidit in foueam quam fecit.

Conuertetur dolor eius in caput eius, et in vertice ipsius iniquitas eius descendet.

Confitebor domino secundum iustitiam eius, et psallam nomini domini altissimi. Requiem. A. Nequando rapiat vt leo animam meam, dum non est qui redimat neq; qui saluum faciat. v. Aporta inferi. R. Erue domine animas eorum. Pater noster. lectio prima.

Parce mihi domine nihil enim sunt dies mei. Quid est homo quia magnificas eum? aut quid apponis erga eum cor tuum? visitas eum diluculo, et subito probas illum. vsquequo non parcis mihi, nec dimittis me vt glutiam saliuam meam? Peccaui. Quid faciam tibi o custos hominum? Quare posuisti me contrarium tibi, et factus sum mihi metipsi grauis? Cur non tollis peccatum meum, et quare non aufers iniquitatem meam? Ecce nunc in pulueredormio, et si

© Museum Angewandte Kunst, CC BY-NC-SA 4.0

Gefördert durch: Stadt Frankfurt am Main, Dezernat Kultur und Wissenschaft

mane me quæsieris, non subsistam. R. Credo quod redemptor meus viuit, et in nouissimo die de terra surrecturus sum. Et in carne mea videbo deum saluatorem meum. Quem visurus sum ego ipse, et non alius, & oculi mei conspecturi sunt. Et in L. ii.

Taedet animam meam vitæ mæ, dimittam aduersum me eloquium meum loquar in amaritudine animæ meæ, dicam deo noli me condemnare. Indica mihi, cur me ita iudices? Nunquid bonum tibi videtur si calumnieris, et opprimas me opus manuum tuarum. & consilium impiorum adiuues? Nunquid oculi carnei tibi sunt, aut sicut videt homo & tu videbis? Nunquid sicut dies hominis dies tui, et anni tui sicut humana sunt tempora? vt quæras iniquitatem meam, et peccatum meum scruteris? Et scias, quia nihil impium fecerim, cum sit nemo, qui de manu tua possit eruere. R. Qui lazarum resuscitasti à monimento fœtidum Tu eis domine dona requiem, et locum indulgentiæ. V. Qui venturus es iudicare viuos et mortuos, et seculum per ignem. Tu

Manus tuæ dominæ Lectio iii. fecerunt me, & plasmauerunt me totum in circuitu, et sic repente precipitas me. Memento quæso, quod sicut lutum feceris me, & in puluerem reduces me. Non ne sicut lac mulsisti me, & sicut caseum me coagulasti? Pelle, et carnibus vestisti me, ossibus et neruis compegisti me. Vitam, et misericordiam tribuisti mihi, & visitatio tua custodiuit spiritum meum R. Domine quando veneris iudicare terram, vbi me abscondam à vultu iræ tuæ? Quia peccaui nimis in vita mea. V. Commissa mea pauesco, et ante te erubesco, dū veneris iudicare, noli me condemnare. Quia An. In loco. pš.

Dominus regit me et nihil mihi deerit, in loco pascuæ, ibi me collocauit Super aquam refectionis educauit me, animam meam conuertit. Deduxit me super semitas iustitiæ, propter nomen suum. Nam et si ambulauero in medio vmbræ mortis, non timebo mala, quoniam mecum es. Virga tua et baculus tuus, ipsa me consolata sunt. Parasti in conspectu meo mensam aduersus eos, qui tribulant me. Impinguasti in oleo caput meum, & calix meus inebrians quam præclarus est. Et misericordia tua subsequatur me, omnibus diebus vitæ meæ. Et vt inhabitem in domo domini, in

© Museum Angewandte Kunst, CC BY-NC-SA 4.0
Gefördert durch: Stadt Frankfurt am Main, Dezernat Kultur und Wissenschaft

longitudine dierum.

Requiem. A. In loco pascuæ, ibi me col locauit. A. Delicta. ps.

Ad te domine leuaui animam meã deus meus in te confido, non erubescam. Neq; irrideant me inimici mei, etenim vniuersi qui sustinent te, non confundentur.

Confundantur omnes iniqua agentes super vacue.

Vias tuas domine demonstra mihi, & semitas tuas édoce me.

Dirige me in veritate tua, et doce me, quia tu es deus saluator meus, et te sustinui tota die. Reminiscere miserationum tuarum domine, misericordiarum tuarum. quia à seculo sunt.

Delicta iuuentutis meæ, et ignorantias meas, ne memineris.

Secundum misericordiam tuam memento mei tu, propter bonitatem tuam domine.

Dulcis et rectus dominus, propter hoc legem dabit delinquentibus in via.

Dirige mansuetos in iuditio, docebit mites vias suas.

Vniuersæ viæ domini misericordia, & veritas, requirentibus testamentum eius, et testimonia eius.

Propter nomen tuum domine propitiaberis peccato meo, multum est enim.

Quis est homo, qui timet dominum? legem statuit ei in via, quam elegit.

Anima eius in bonis demorabitur, et semen eius hereditabit terram.

Firmamentum est dominus timentibus eum, et testamentum ipsius, vt manifestet illis.

Oculi mei semper ad dominum, quoniam ipse euellet de laqueo pedes meos.

Respice in me, et miserere mei, quia vnicus et pauper sum ego.

Tribulationes cordis mei multiplicatæ sunt, de necessitatibus meis erue me.

Vide humilitatem meam et laborem meum, et dimitte vniuersa delicta mea.

Respice inimicos meos, quoniam multiplicati sunt, et odio iniquo oderunt me.

Custodi animam meam, et erue me, non erubescam quoniam speraui in te.

Innocentes, et recti adhæserunt mihi quia sustinui te.

Libera deus israel ex omnibus tribulationibus suis. A. Delicta iuuentutis meæ, et ignorantias meas ne memineris domine. A. Credo. ps.

Dominus illuminatio mea, et salus mea, quem timebo.

Dominus protector vitæ meæ, à quo trepidabo. Cum appropiant super me noce

tes vt edant carnes meas.

Qui tribulant me inimici mei, ipsi infirmati sunt, et ceciderunt.

Si consistant aduersum me castra, non timebit cor meum.

Si exurgat aduersum me prælium, in hoc ego sperabo.

Vnam petii à domino. hanc requiram, vt inhabitem in domo domini omnibus diebus vitæ meæ.

Vt vidram voluntatem domini, et visitem templum eius.

Quoniam abscondit me in tabernaculo suo in die malorum protexit me in abscondito tabernaculi sui.

In petra exaltauit me, et nunc exaltauit caput meum super inimicos meos.

Circuiui et immolaui in tabernaculo eius hostiam vociferationis cantabo, et psalmum dicam domino.

Exaudi domine vocem meam, qua clamauit ad te miserere mei, et exaudi me.

Tibi dixit cor meum, exquisiuit te facies mea, faciem tuam domine requiram.

Ne auertas faciem tuam à me, ne declines in ira à seruo tuo.

Adiutor meus esto, ne derelinquas me, neqs despicias me deus salutaris meus.

Quoniam pater meus et mater mea dereliquerunt me, dominus autem assumpsit me.

Legem pone mihi domine in via tua, et dirige me in semita recta, propter inimicos meos.

Ne tradideris me in animas tribulantium me, quoniam insurrexerunt in me testes iniqui, et mentita est iniquitas sibi.

Credo videre bona domini, in terra viuentium.

Expecta dominum, viriliter age, et confortetur cor tuum, et sustine dominum. Requiem. A. Credo videre bona domini in terra viuentium. v. Collocet eos cū principibus. R. Cum principibus populi sui. Pater noster. L. iiii.

Responde mihi, quantas habeo iniquitates, & peccatum, sceleraq mea, atq delicta ostende mihi. Cur faciem tuam abscondis? & arbitraris me inimicum tuum? contra folium, quod vento rapitur, ostendis potentiam tuam, & stipulam siccam persequeris? Scribis enim contra me amaritudines, et consumere me vis peccatis adolescentiæ meæ posuisti in nervo pedem meum, et obseruasti omnes semitas meas, & vestigia pedum meorum considerasti, Qui quasi putredo consumendus sum, et quasi vestimentum, quod comeditur à tinea. R. Memento mei deus, quia ventus est vita mea. Nec aspiciat me visus hominis. v. De

profundis clamaui ad te domine, domine, exaudi vocem meam. Nec L. quinta. ℣. Homo natus de muliere breui viuẽ tempore, repletur multis miseriis. Qui quasi flos egreditur, et conteritur, & fugit velut vmbra, et nunquam in eodem statu permanet, et dignum ducis super huiuscemodi aperire oculos tuos, et adducere eum tecum in iudicium? Quis potest facere mundum de immundo conceptu semine? Nonne tu, qui solus es? Breues dies hominis sunt, numerus mensium eius apud te est, Constituisti terminos eius, qui preteriri non poterunt. Recede ergo paululum ab eo, vt quiescat, donec optata veniat, et sicut mercennarii dies eius. R. Hei mihi domine, quia peccaui nimis in vita mea, quid faciam miser, vbi fugiam nisi ad te deus meus? Miserere mei dum veneris in nouissimo die ℣. Anima mea turbata est valde, sed tu domine succure ei. Miserere. L. vi. ℣is mihi hoc tribuat, vt in inferno protegas me? & abscondas me, donec pertranseat furor tuus, et constituas mihi tempus, in quo recorderis mei? Putas ne mortuus homo rursum viuat? Cunctis diebus, quibus nunc militio expecto, donec veniat immutatio mea. vocabis me, et ego respodebo tibi. Operi manuum tuarum porriges dexteram. Tu quidem gressus meos dinumerasti sed parce peccatis meis. R. Ne recorderis peccata mea domine Dum veneris iudicare seculum per ignem ℣. Dirige domine deus meus in conspectu tuo viam meam. Dum. A. Complaceat. ℣xpectans expectaui dominum, et intendit mihi. et exaudiuit preces meas, et eduxit me de lacu miseriæ, & de luto fecis. ℣t statuit supra petram pedes meos, et direxit gressus meos. ℣t misit in os meum canticum nouũ carmen deo nostro. videbunt multi, et timebunt, et sperabunt in domino. ℣eatus vir, cuius est nomen domini spes eius, et non respicit in vanitates, et in insanias falsas. ℣ulta fecisti tu domine deus meus, mirabilia tua, & cogitationibus tuis nõ est qui similis sit tibi. ℣nunciaui, et locutus sum, multiplicati sunt super numerum. ℣acrificium, et oblationem noluisti, aures autem perfecisti mihi. ℣holocaustum, et pro peccato non postulasti, tunc dixi ecce venio. ℣n capite libri scriptum est de me, vt facerem voluntatem tuam, deus meus vo-

© Museum Angewandte Kunst, CC BY-NC-SA 4.0
Gefördert durch: Stadt Frankfurt am Main, Dezernat Kultur und Wissenschaft

tui, & legem tuam in medio cordis mei
Annunciaui iustitiam tuam in ec
clesia magna, ecce labia mea non prohi
bebo domine tu scisti.
Iustitiam tuam non abscondi in
corde meo, veritatem tuam et salutare
tuum dixi.
Non abscondi misericordiam tuam,
et veritatem tuam à concilio multo. ✠
Tu autem domine ne longe facias mi
serationes tuas à me, misericordia tua
et veritas tua semper susceperunt me. ✠
Quoniam circundederunt me mala,
quorum non est numerus, comprehen
derunt me iniquitates meæ et non potui,
vt viderem.
Multiplicati sunt super capillos capi
tis mei, et cor meum dereliquit me. ✠
Complaceat tibi domine vt eruas me,
domine ad adiuuandum me respice.
Confundantur, et reuerantur simul,
qui quærunt animam meam, vt auferat
eam. Conuertantur retrorsum, et reue
reantur, qui volunt mihi mala.
Ferant confestim confusionem suam,
qui dicunt mihi euge euge.
Exultent et lętentur super te omnes
quærentes te, et dicant semper magnifi
cetur dominus, qui diligunt salutare
tuum. Ego autem mendicus sum,
et pauper, dominus sollicitus est mei. ✠
Adiutor meus, et protector meus es tu, de⁹
meus ne tardaueris.
Requiem. A. Complaceat tibi domi
ne, vt eripias me, domine ad adiuuandu
me respice. A. Sana. ps.
Beatus, qui intelligit super egenū,
et pauperem, in die mala liberā
bit eum dominus.
Dominus conseruet eum, et viuificet
eum, et beatum faciat eum in terra, et nō
tradat eum in animam inimicorum eius
Dominus opem ferat illi super lectum do
loris eius vniuersum stratum eius versasti
infirmitate eius.
Ego dixi domine miserere mei, sana
animam meam, quia peccaui tibi.
Inimici mei dixerunt mala mihi, qn
morietur, et peribit nomen eius.
Et si ingrediebatur, vt videret vana
loquebatur cor eius congregauit iniqui
tatem sibi.
Egrediebatur foras, et loquebatur in
idipsum. Aduersum me susurrabāt
omnes inimici mei aduersum me cogi
tabant mala mihi.
Verbum iniquum constituerunt
aduersum me, nunquid qui dormit

© Museum Angewandte Kunst, CC BY-NC-SA 4.0
Gefördert durch: Stadt Frankfurt am Main, Dezernat Kultur und Wissenschaft

non adiiciet, vt resurgat?

Et enim homo pacis meæ inq̃ speraui, qui edebat panes meos, magnificauit super me supplantationem. Tu autem domine miserere mei, et resuscita me, et retribuam eis. In hoc cognoui, quoniam voluisti me quoniam non gaudebit inimicus meus super me. Me autem propter innocentiam suscepisti, et confirmasti me in conspectu tuo in æternum. Benedictus dominus deus israel, a seculo, et in seculum, fiat fiat.

Requiem. A. Sana domine animam meam, quia peccaui tibi, A. Sitiuit ps. Sicut admodum desyderat cervus ad fontes aquarum ita desiderat anima mea ad te deus. Sitiuit anima mea ad deum fontem viuum, quando veniam, et apparebo ante faciem domini. Fuerunt mihi lachrimæ meæ panes die, ac nocte, dum dicitur mihi quotidie, vbi est deus tuus? Hæc recordatus sum et effudi in me animam meam quoniam transibo in locum tabernaculi admirabilis vsq; ad domum dei.

In voce exultationis, et confessionis sonus epulantis. Quare tristis es anima mea, et quare conturbas me? Spera in deo quoniam adhuc confitebor illi, salutare vultum mei, et deus meus. Ad meipsum anima mea conturbata est, propterea memor ero tui de terra iordanis, et hermonii a monte modico, abyssus abyssum inuocat, in voce cataractarum tuarum. Omnia excelsa tua, et fluctus tui, super me transierunt. In die mandauit dominus misericordiam suam, et nocte canticum eius. Apud me oratio deo vitæ meæ, dicam deo susceptor meus es. Quare oblitus es mei, et quare contristatus incedo, dum affligit me inimicus. Dum confringuntur ossa mea, exprobrauerunt mihi, qui tribulant me inimici mei. Dum dicunt mihi per singulos dies, vbi est deus tuus? Quare tristis es anima mea, et quare conturbas me? Spera in deo, quoniam adhuc confitebor illi, salutare vultus mei, & deus meus. Requiem. A. Sitiuit anima mea ad deum fontem viuum, quando veniam, et apparebo

© Museum Angewandte Kunst, CC BY-NC-SA 4.0

Gefördert durch: Stadt Frankfurt am Main, Dezernat Kultur und Wissenschaft

ante faciem domini. v. Ne tradas bestiis animas confitentes tibi. R. Et animas pauperum tuorum ne obliuiscaris in finem. lectio. vii.

Spiritus meus attenuabitur, dies mei breuiabuntur, et solum mihi superest sepulchrum. Non peccaui, et in amaritudinibus moratur oculus meus. Libera me domine et pone me iuxta te, & cuius vis manus pugnet contra me. Dies mei transierunt cogitationes meæ dissipatæ sunt, torquentes cor meum. Noctem verterunt in diem, et rursum post tenebras spero lucem. Si sustinuero, infernus domus mea est, et in tenebris straui lectulum meum. Putredini dixi pater meus es, mater mea, et soror mea vermibus. vbi est ergo nunc prestolatio mea, et patientia mea? Tu es domine deus meus. R. Peccantem me quotidie, et non me pœnitentem timor mortis conturbat me. Quia in inferno nulla est redemptio, miserere mei deus, et salua me. v. Deus in nomine tuo saluum me fac, et in virtute tua libera me. Quia. lectio. viii.

Pelli me consumptis carnibus adhesit os meum et derelicta sunt tantummodo labia circa dentes meos. Miseremini mei saltem vos amici mei, quia manus domini tetigit me. Quare persequimini me sicut deus. et carnibus meis saturamini? Quis mihi tribuat vt scribantur sermones mei? Quis mihi det vt exarentur in libro, stilo ferreo, et plumbi lamina, vel celte sculpantur in silice? Scio enim, quod redemptor meus viuit et in nouissimo die de terra surrecturus sum, et rursum circumdabor pelle mea et in carne mea videbo deum saluatorem meum. Quem visurus sum ego ipse et oculi mei conspecturi sunt et non alius. Reposita est hæc spes mea in sinu meo. R. Domine secundum actum meum noli me iudicare, nihil dignum in conspectu tuo egi ideo deprecor maiestatem tuam, vt tu deleas iniquitatem meam. v. Amplius laua me domine ab iniustitia mea, et a delicto meo munda me. vt tu. lectio. nona.

Quare de vulua eduxisti me? qui vtinam consumptus essem, ne oculus me videret. Fuissem, quasi non essem de vtero translatus ad tumulum. Nunquid non paucitas dierum meorum finietur breui? Dimitte me ergo, vt plangam paululum dolorem meum, ante quam vadam et non reuertar ad terram tenebrosam, et opertam mortis caligine. Terram miseriæ, et tenebrarum vbi vmbra mortis, et nullus ordo sed sempiternus horror inhabitat. R. Libera me domine de viis inferni, qui portas æreas

© Museum Angewandte Kunst, CC BY-NC-SA 4.0
Gefördert durch: Stadt Frankfurt am Main, Dezernat Kultur und Wissenschaft

confregisti, et visitasti infernum, et dedisti
eis lumen, vt viderent te. Qui erant in pœnis
tenebrarum v. Clamantes et dicentes adue
nisti redemptor noster. Qui. ℣.
Requiem. Qui. Libera me domine de
morte æterna in die illa tremenda. Quando
cœli mouendi sunt et terra Dum veneris iu
dicare seculum perignem v. Tremens factus
sum ego, et timeo dum discussio venerit, at
qꝫ ventura ira. Quando. v. Dies illa, dies ire
calamitatis, et miseriæ, dies magna, et amara
valde. Dum. v. Requiem. Libera me dñe
Ad Laudes. A. Exultabunt. psꝫ Miserere mei
vt ꝫ. Requiem. A. Exultabunt domino
ossa humiliata. A. Exaudi. ps.
TE decet hymnus deus in sion, et ti
bi reddetur votum in hierusalem.
Exaudi deus orationem meam, ad te omis
caro veniet. Verba iniquorum prævalu
runt super nos, et impietatibus nostris tu
propitiaberis.
Beatus quem elegisti, et assumpsisti, ha
bitabit in atriis tuis.
Replebimur in bonis domus tuæ secun
dum est templum tuum mirabile in equitate
Exaudi nos deus salutaris noster, spes om
nium finium terræ, et in mari longe.
Præparans montes in virtute tua, accin
ctus potentia, qui conturbas profundum

maris sonum fluctuum eius.
Conturbabuntur gentes, et timebunt, qui ha
bitant terminos à signis tuis, exitus matuti
ni, et vesperæ delectabis.
Visitasti terram, & inebriasti eam, mul
tiplicasti locupletare eam.
Flumen dei repletum est aquis, parasti
cibum illorum, quoniam ita est præparatio ei?

[illegible] vadam ad portas inferi. Quæsiui re
siduum annorum meorum. dixi non vide
bo dominum deum in terra viuentium. Non
aspiciam hominem vltra, et habitatorem qui
etis. Generatio mea ablata est, et conuoluta
est à me, quasi tabernacula pastorum. Præ

© Museum Angewandte Kunst, CC BY-NC-SA 4.0
Gefördert durch: Stadt Frankfurt am Main, Dezernat Kultur und Wissenschaft

confregisti, et visitasti infernum, et dedisti
eis lumen, vt viderent te. Qui erant in pœnis
tenebrarum. v. Clamantes et dicentes adue
nisti redemptor noster. Qui.
Requiem. Qui. Libera me domine de
morte æterna in die illa tremenda. Quando
cœli mouendi sunt et terra. Dum veneris iu
dicare seculum per ignem. v. Tremens factus

Domine dominus noster quam admirabile
est nomen tuum in uniuersa terra. Quo-
niam eleuata est magnificentia tua.

bitabu
Replebimur in bonis domus tuæ locu
dum est templum tuum mirabile in equitate
Exaudi nos deus salutaris noster, spes om
nium finium terræ, et in mari longe.
Præparans montes in virtute tua, accin
ctus potentia, qui conturbas profundum

maris sonum fluctuum eius.
Turbabuntur gentes, et timebunt, qui ha
bitant terminos a signis tuis, exitus matuti
ni, et vesperæ delectabis.
Visitasti terram, & inebriasti eam, mul
tiplicasti locupletare eam.
Flumen dei repletum est aquis, parasti
cibum illorum, quoniam ita est præparatio ei?
Riuos eius inebrians multiplica genimi
na eius, in stillicidiis eius lætabitur germi
nans. Benedices corone anni benignita
tis tuæ, et campi tui replebuntur vbertate.
pinguescent speciosa deserti, et exultatione
colles accingentur.
Induti sunt arietes ouium, et valles a
bundabunt frumento, clamabunt, et enim
hymnum dicent.
Requiem. A. Exaudi domine oratione
meam, ad te omnis caro veniet. A. Me susce
pit. ps. Deus deus meus. vt supra.
Requiem. A. Me suscepit dextera tua do
mine. A. Aporta inferi. Canticum.
Ego dixi in dimidio dierum meorum
vadam ad portas inferi. Quæsiui re
siduum annorum meorum. dixi non vide
bo dominum deum in terra viuentium. Non
aspiciam hominem vltra, et habitatorem qui
etis. Generatio mea ablata est, et conuoluta
est a me, quasi tabernacula pastorum. Præ

© Museum Angewandte Kunst, CC BY-NC-SA 4.0
Gefördert durch: Stadt Frankfurt am Main, Dezernat Kultur und Wissenschaft



cisa est velut à texente vita mea, dum ad
huc ordirer succidit me de mane vsque
ad vesperam finies me. Sperabam vsque
ad mane quasi leo, sic contriuit omnia
ossa mea. De mane vsq; ad vesperam finis
me sicut pullus hirundinis, sic clamabo
meditabor vt columba. Attenuati sunt
oculi mei, suspicientes in excelso. Domine
vim patior responde pro me, quid dicam
aut quid respondebit mihi cum ipse fece
rim? Recogitabo tibi omnes annos meos i
amaritudine animæ meæ. Domine si sic vi
uitur. et in talibus vita spiritus mei, corri
pies me, et viuificabis me, ecce in pace a.
maritudo mea amarissima. Tu autem
eruisti animam meam, vt non periret, pro
iecisti post tergum tuum omnia peccata mea
Quia nõ infernus confitebitur tibi, ne
qs mors laudabit te non expectabum, qui
descendunt in lacum veritatem tuam. Vi
uens viuens ipse confitebitur tibi, sicut et
ego hodie pater filiis notam faciet veritate
tuam. Domine saluum me fac, et psal
mos nostros cantabimus cuntis diebus vi
tæ nostræ in domo domini. Requiem
A. Aporta inferi, eruе domine animas eo
rum. A. Omnis spiritus. pš. Laudate do
minum de cœlis. vtš. Requiem. A. Om
nis spiritus laudet dominum. v. Audi

© Museum Angewandte Kunst, CC BY-NC-SA 4.0

Gefördert durch: Stadt Frankfurt am Main, Dezernat Kultur und Wissenschaft



ui vocem de cælo dicentem mihi, R. Beati
mortui, qui in domino moriuntur. A. Ego
sum. Canticum. Benedictus dominus
deus israel. vt. s. Requiem. A. Ego sum
resurrectio, et vita qui credit in me etiam
si mortuus fuerit, viuet, et omnis, qui vi
uit, et credit in me non morietur in æternu
Kyrieeleison. Christeeleison. Ky
rieeleison. Pater noster. v. Et ne nos.
R. Sed libera. ps. De profundis. vt supra.
v. Aporta inferi. R. Erue domine animas
eorum. v. Domine exaudi. R. Et clamor.
oratio. Deus qui. vt. s. oratio. Deus
venia. vt. s. oratio. Fidelium deus. vt. s.

Sequuntur suffragia sanctorum & sanc
tarum. De sanctissima trinitate.

Sancta
trinitas
vnus deus mi
serere nobis. A.
Te inuocamus
te adoramus te
laudamus te
glorificamus
o beata trinitas
v. Sit nomen
domini benedictum. R. Ex hoc nunc et vsq;
in seculum. oratio.

© Museum Angewandte Kunst, CC BY-NC-SA 4.0

Gefördert durch: Stadt Frankfurt am Main, Dezernat Kultur und Wissenschaft



Omnipotens sempiterne deus qui dedisti famulis tuis in confessione vere fidei eterne trinitatis gloriam agnoscere et in potentia maiestatis adorare vnitatem quesimus vt eiusdem fidei firmitate ab omnibus semper muniamur. Per dominum.

oratio ad patrem. Pater de celis deus miserere nobis. oratio.

Domine sancte pater omnipotens et ne deus qui coequalem consubstantialem et coeternum tibi ante omnia secula filium ineffabiliter genuisti cum quo atq; cum sancto spiritu ex te eodemq; filio procedente celum terram atq; omnia quecunq; existunt visibilia et inuisibiliter creasti tibi gratias ago te adoro te laudo te benedico teq; magnifico. Esto quesо propicius mihi peccatori et ne despicias me opus manuum tuarum sed libera salua et adiuua me propter nomen sanctum tuum. Qui viuis et regnas.

oratio ad filium. Fili redemptor mundi deus miserere nobis. oratio.

Domine iesu christe fili dei viui qui es verus et omnipotens deus splendor et imago patris et vita eterna cui est vna cum eterno patre et spiritu sancto equalis honor eadem gloria coeterna maiestas vna substantia tibi gratias ago. te adoro. te laudo. te benedico. teq; glorifico. ne me, quesо perire patiaris sed salua et adiuua me propter nomen sanctum tuum. Qui viuis.

oratio ad spiritum sanctum. Spiritus sancte deus miserere nobis. oratio.

Domine spiritus sancte deus qui coequalis consubstantialis et coeternus patri filioq; existens ab eis ineffabiliter procedens quiq; super eundem dominum nostrum iesum christum in columbe specie et super sanctos discipulos suos in linguis ignis descendisti tibi gratias ago. te adoro. te laudo. te benedico. teq; glorifico. Reppelle a me quesо tenebras totius iniquitatis et perfide et accende in me lumen misericordie tue et ignem sanctissimi amoris. Qui viuis.

De sancto michaele. A.

Michael archangele paradisi prepositе veni in adiutorium populo dei et velis nos defendere a potestate inimici & trecum ducere in societatem domini. V. In conspectu angelorum psallam tibi deus meus. R. Adorabo ad templum sanctum tuum et confitebor nomini tuo. oratio.

Deus qui miro ordine angelorum ministeria hominumq; dispensas concede propicius vt quibus tibi ministrantibus in celo semper assistitur ab his in terra vita nostra muniatur. Per eundem christum.

De sancto iohanne baptista

© Museum Angewandte Kunst, CC BY-NC-SA 4.0

Gefördert durch: Stadt Frankfurt am Main, Dezernat Kultur und Wissenschaft

NTer natos mulierum non surrexit maior iohanne baptista. ℣. Fuit homo missus a deo. ℟. Cui nomen erat iohánes

Presta quesumus omnipotens deus oro. vt familia tua per viam salutis incedat et beati iohannis precursoris christi hortamenta sectando ad eum quem predixit secura perueniat dominum nostrum iesum christum filium tuum. Qui viuis.

De sancto iohanne euangelista. A.

Iohannes apostolus et euangelista virgo electus est a domino atq3 inter ceteros magis dilectus. ℣. Valde honorandus est beatus iohannes. ℟. Qui supra pectus domini in cena recubuit. oratio.

Ecclesiam tuam quesumus domine benignus illustra vt beati iohannis apostoli tui et euangeliste illuminata doctrinis ad dona perueniat sempiterna. Per dominum.

De sancto petro et paulo. A.

Petrus apostolus et paulus doctor gentium ipsi nos docuerunt legem tuam dñe ℣. In omnem terram exiuit sonus eorum. ℟. Et in fines orbis terre verba eorum. oro

Deus cuius dextera beatum petru ambulantem in fluctibus ne mergeretur erexit et co apostolum eius paulum tertio naufragantem de profundo pelagi liberauit exaudi nos propitius & concede vt amborum meritis eternitatis gloriam consequamur. Qui viuis.


Oratio deuota ad beatam mariam virginẽ.

Obsecro te domina sancta maria mater dei pietate plenissima / summi regis filia mater gloriosissima mater orphanorum consolatio desolatorum via erantium salus omniũ inte sperantium virgo ante partum virgo in partu et virgo post partum. Fons / misericordie fons salutis et gratie fons cõsolationis et indulgentie fons pietatis & letitie. Per illam sanctam inestimabilem / leticiam qua exultauit spiritus tuus in illa hora quando tibi per gabrielem archãgelum annunciatus et conceptus filius dei fuit. Et per illud diuinum misterium qđ tunc operatus est in te spiritussanctus. et per illam sanctam ineffabilem gratiam pietatem/misericordiam/charitatem et humilitatem per quas filius tuus descendit accipere humanam carnem in venerabilissimo vero tuo. Et in quibus te respexit qñ te commendauit sancto iohanni apostolo et euangeliste et quando te exaltauit super choros angelorum et per illam sanctam ineffabilem humilitatem in qua tu respondisti archangelo gabrieli. Ecce ancilla do-

© Museum Angewandte Kunst, CC BY-NC-SA 4.0
Gefördert durch: Stadt Frankfurt am Main, Dezernat Kultur und Wissenschaft


mini fiat mihi secundum verbum tuum.
Et per gloriosissima quindecim gaudia q̄
habuisti de filio tuo domino nostro iesu
christo. Et per illam sanctam et maximā
compassionem et acerbissimum cordis do
lorem quem habuisti quando filium tu
um dominum nostrum iesum christum ā
te crucem nudatum et in ipsa leuatum vi
disti pendentem crucifixum vulneratum
sitientem fel apponi hely clamantem audi
sti et morientem vidisti et per quinq; vul
nera filii tui et per contractionem viscerū
tuorum pre nimio dolore vulnerum suo
rum Et per dolorem quem habuisti quan
do vidisti eum vulnerari et per fontes san
guinis sui et per omnem passionem eius. Et
per omnem dolorem cordis tui et per fontes
lachrimarum tuarum vt cum omnibus sā
ctis et electis dei venias et festines in auxi
lium et consilium meum et in omnibus o
rationibus et requestis meis et in omnibus
angustiis et necessitatib meis et in omnibus
illis rebus in quibus ego sum facturus locu
turus aut cogitaturus omnibus diebus ac
noctibus horis atq; momentis vite mee.
Et mihi famulo tuo impetres a dilecto filio
tuo virtutum omnium complementum cum
omni misericordia et consolatione omni con
silio omni adiutorio omni benedictione &
sanctificatione omni saluatione pace et pros
peritate omni gaudio et alacritate etiam a
bundantiam omnium bonorum spirituali
um et corporalium. Et gratiam sancti spiri
tus qui me bene per omnia disponat animā
meam custodiat corpus meum regat/ mentē
erigat mores componat/ actus probet/ vota
et desideri mea perficiat cogitationes sanc
tas instituat/ preterita mala indulgeat/ pre
senta emendet. et futura moderetur vitam
honestam et honorabilem mihi tribuat/ fi
dem/ spem/ charitatem/ castitatem/ humili
tatem/ et patientiam mihi tribuat. Quinq;
sensus corporis mei regat et protegat. Septem
opera misericordie complere me faciat. Duo
decim articulos fidei et decem precepta le
gis firmiter credere et tenere me faciat. Et
a septem peccatis criminalibus et mortalibus
me liberet et defendat vsque in finem et in no
uissimis diebus meis ostende mihi faciem tuā
et annuncies mihi diem et horam obitus &
mortis mee. Et hanc horationem supplicem
suscipias et exaudias et vitam eternam mihi
tribuas audi et exaudi me dulcissima virgo
maria mater dei misericordie. A M E N.

© Museum Angewandte Kunst, CC BY-NC-SA 4.0
Gefördert durch: Stadt Frankfurt am Main, Dezernat Kultur und Wissenschaft



© Museum Angewandte Kunst, CC BY-NC-SA 4.0

Gefördert durch: Stadt Frankfurt am Main, Dezernat Kultur und Wissenschaft



Ianuarius habet dies. xxxi.
Luna. xxx.
A Circuncisio domini
b octaua sancti stephani.
c octaua sancti Ioannis.
d octaua innocentium.
e Thelesphori papæ.
f Epiphania domini.
g Iuliani martyris.
A Seuerini et Erardi. epi.
b Martinæ virginis.
c Pauli primi eremitæ
d Igini papæ, et martyris.
e Satyri martyris.
f octaua epihaniæ.
g Felicis in pincis
A Mauri abbatis
b Marcelli papæ, et martyris.
c Anthonii abbatis.
d Priscæ virginis, et martyris.
e Marii cum suis sociis marty.
f Sebastiani martyris.
g Agnetis virgi. et martyris.
A Vincenti martyris.
b Emerentianæ virginis.
c Feliciani episcopi.
d Conuersio sancti pauli.
e Policarpi epi et martyris
f Ioannis chrisostomi.

© Museum Angewandte Kunst, CC BY-NC-SA 4.0
Gefördert durch: Stadt Frankfurt am Main, Dezernat Kultur und Wissenschaft

g Agnetis ſecundo.
A Geminiani epiſcopi.
b Tranſlatio ſancti marci.
c Cyri, & iohannis martyris
Februarius habet dies. xxviii. luna. xxx.
d Brigidæ virginis.
e Purificatio mariæ virgi.
f Blaſii epi, et martyris.
g Gilberti confeſſoris.
A Agathæ virginis & martyris.
b Dorothæ virginis.
c Moyſeti epiſcopi.
d Salomonis martyris
e Apolloniæ virginis
f Scholaſticæ virginis.
g Euphroſinæ virginis.
A Eulaliæ virginis et martyris.
b Fuſcæ virginiis. et martyris
c valentini papæ, et marty.
d Fauſtini, et iouitæ marty.
e Iulianæ virginis
f Conſtantiæ virginis
g Simeonis. m. epiſ. hiero.
A Sabini preſbyteri.
b Galli preſb. et confeſſor.
c Septuaginta nouem mart.
d Cathedra ſancti petri.
e Sereni martyris. virginis.

f Mathiæ. apoſtoli.
g Alexandri epi
A victoris et ſociorum. m.
b Leandri epi
c Romani abbatis.
Martius habet dies. xxxi. luna. xxx.
d Herculani epi. et mar.
e Baſilici. martyris.
f Maximi marty.
g Lucii papæ & marty.
A Focæ martyris.
b victoris, & venturini. m.
c Thomæ aquinatis. conf.
d Apollonii marty.
e Sanctorum quadraginta. m.
f Vgi archiepiſcopi.
g Soldati. xl. mart.
A Gregorii papæ.
b Euphraſiæ virginis.
c Zachariæ papæ.
d Longini marty.
e Patricii. epi.
f Geltudræ. virginis.
g Anſelmi epi, et conf.
A Ioſeph conf.
b Guberti. conf.
c Benedicti abbatis.
d Pauli epi. narbonenſis.

© Museum Angewandte Kunst, CC BY-NC-SA 4.0
Gefördert durch: Stadt Frankfurt am Main, Dezernat Kultur und Wissenschaft

e Pygmeni epi. & marty.
f Theodori presb. et con.
g Annuntiatio mariæ. vir.
A Castorii marty.
b Ioannis eremitæ.
c Grondani regis.
d Eustasii abb.
e Secundi marty.
f Balbinæ virginis.
Aprilis habet dies. xxx.
luna. xxix.
g Theodoræ virginis & marty.
A Mariæ ægyptiacæ.
b Pancrati marty.
c Isidori episcopi.
d Vincentii conf.
e Cœlestini papæ.
f Alexandrini marty.
g Dionisii episcopi.
A Prochori marty.
b Apollonii presb. et mar.
c Eustorgii presb. et con.
d Zeni epi veronensis.
e Hermengildi regis & mar.
f Tybur. val. ,& max. m.
g Isidori marty.
A Calisti marty.
b Aniceti papæ et mar.
c Præfecti presb. et mar.

d Crescentii conf.
e Leonis papæ.
f Simeonis epi. persiæ.
g Soteris et gaii.
A Georgii marty.
b Gregorii epi
c Marci euangelistæ.
d Marcellini mar.
e Anastasii papæ.
f vitalis marty.
g Petri marty.
A Catherinæ senensis. virgi.
Maius habet dies. xxxi.
luna. xxx.
b Philippi et iacobi apostо.
c Sigismundi regis.
d Inuentio sanctæ crucis.
e Monichæ marty. f. aug.
f Gotardi epi. & con.
g Ioannis ante portam latinã.
A Cleti papæ, et marty.
b Apparitio sancti michael.
c Gregorii theologi, & epi.
d Gordiani epi
e Mamerti epi
f Merei, et archilei.
g Theodoræ virginis.
A Bonifacii marty.
b Isidori marty.

© Museum Angewandte Kunst, CC BY-NC-SA 4.0
Gefördert durch: Stadt Frankfurt am Main, Dezernat Kultur und Wissenschaft

c Vbaldi episcopi.
d Torpetæ marty.
e Felicis episcopi, et mar.
f Potentianæ virginis.
g Bernardi conf.
A Helenæ reginæ.
b Iulianæ marty.
c Desiderii epi. et marty.
d Seruuli marty.
e Vrbani papæ. et mar.
f Eleutherii papæ, et marty.
g Ioannis papæ, et marty.
A Germani epi
b Maximi episcopi. paduani.
c Felicis papæ, et marty.
d Petronillæ virginis et candiani.
KL Iunius habet dies. xxx.
Luna. xxix.
e Secundi marty.
f Marcellini petri & erasmi.
g Pergentini et lagetini. m.
A Quirini epi. et m.
b Bonifacii epi et marty.
c Philippi. ex. 7. diaco.
d Pauli epi constantinopoli
e Medardi epi.
f Primi et feliciani. m.
g Getulli marty.
A Barnabæ apostoli. ex 7 z.

b Basilidis cyrini nazari
c Antonii conf. patauini
d Helisei prophetæ.
e viti, & modesti. mar.
f Diogenis marty.
g Auiti presb. et con.
A Marci et marcellini. m.
b Oriuasii et proptasii. m.
c Syluerii papæ, et m.
d Ianuariæ virgi.
e Paulini epi. nolani.
f Ioannis presb. et m. vig vigilia.
g Natiuitas ioannis bapt.
A Apparitio sancti marci.
b Ioannis et pauli marty.
c Crescentii epi.
d Leonis papæ. Vigilia.
e Petri et pauli apostо.
f Commemoratio sancti pauli
KL Iulius habet dies. xxxi.
Luna. xxx.
g Martialis apostо. ex. 7 z.
A Visitatio mariæ ad hel
b Gregorii epi et m.
c vlderici episcopi augustæ.
d Domitii marty.
e Octaua petri et pauli.
f Partemii conf.
g Procopii mar. et chiliăi

© Museum Angewandte Kunst, CC BY-NC-SA 4.0
Gefördert durch: Stadt Frankfurt am Main, Dezernat Kultur und Wissenschaft

A Zenonis marty.
b Pateniani epi.
c Pii papæ et marty.
d Hermacoræ fortunati.
e Anacleti pa. et. m. cfeli.
f Heraclii epi.
g Quiritii et iulitæ mar.
A Euſtachii epiſcopi.
b Marinæ virginis.
c Symphoroſæ cum. 7. filiis.
d Arſenii eremitæ.
e Margaritæ virgi et m.
f Pracedis virgi et marty.
g Mariæ magdalenæ.
A Apollinaris epi et marty.
b Chriſtinæ vir. et mar
c Iacobi apoſtoli.
d Annæ matris mariæ vir.
e Pantaleonis marty.
f Nazarii celſi vic. et inoc.
g Marthæ virgi.
A Abdon et ſennen mar.
b Fantini conf.
K Auguſtus habet dies. xxxi.
Luna. xxx.
c Aduincula ſancti petri.
d Stephani papæ.
e Inuentio ſancti ſtephani.
f Iuſtini preſb.

g Feſtum niuis dominici con.
A Siſti & felicíſſimi.
b Donati epi et marty.
c Cyriaci et largi.
d Romani marty. vigilia.
e Laurentii martyris.
f Tyburtii & ſuſannæ.
g Claræ virgi.
A Hyppolyti et ſociorum
b Euſebii preſb.
c Aſumptio mariæ virginis.
d Rhochi confe.
e octaua ſancti laurentii.
f Agapiti marty.
g Ludouici epi
A Bernardi abbatis.
b Anaſtaſii marty.
c Timotei
d Eleazari. vigilia
e Bartholomæi apoſtoli.
f Ludouici regis.
g Zepherini papæ et m.
A Ruffi marty.
b Auguſtini epi.
c Decollatio ioannis bap.
d Felicis et adaucti m.
e Felicis confe.
K September habet dies. xxx.
luna. xxix.

© Museum Angewandte Kunst, CC BY-NC-SA 4.0

Gefördert durch: Stadt Frankfurt am Main, Dezernat Kultur und Wissenschaft

f Egidii abbatis.
g Antonii marty.
A Euphemiæ teclæ eras.
b Moysi prophetæ.
c Venturini marty.
d Zachariæ prophetæ.
e Reginæ virginis et mar.
f Natiuitas mariæ virgi.
g Ciorgonii marty.
A Nicolai tolentinatis.
b Proti et hyacinthi.
c Syri episcopi.
d Philippi epi et mar.
e Exaltatio sanctæ crucis.
f Nicomedis presb. et m.
g Nicomedis martyris.
A Lamberti epi et m.
b victoris et coronæ m.
c Ianuarii epi et mar.
d Eustachii marty. Vigilia.
e Mathæi apostoli, et euan.
f Mauricii cum suis sociis
g Lini papæ et marty.
A Germani abbatis
b Cleophæ mar.
c Cypriani et iustinæ.
d Cosmæ et damiani.m.
e Exuperii epi et con.
f Michaelis archangeli.

g Hieronymi doctoris
October habet dies. xxxi.
Luna. xxx.
A Remigii epi et conf
b Leodegarii epi.
c Candidi marty.
d Francisci conf.
e Placidi cum sociis. m.
f Magni epi.
g Iustinæ virgi. et m.
A Sacra sancti marci
b Dionysii epi.
c Cerbonii epi
d Firmini episcopi.
e Eustachii presb. et con.
f venantii abbatis
g Callisti papæ, et mar.
A Antiochi epi
b Galli conf.
c Florentii epi
d Lucæ euangelistæ.
e Pelagiæ virginis
f Maximi marty.
g Vrsulæ cum. M. c. vir.
A Macharii marty.
b Theodori presb. et m.
c Fortunati cum sociis m.
d Chrysanti martyris.
e Euaristi papæ, et marty.

© Museum Angewandte Kunst, CC BY-NC-SA 4.0
Gefördert durch: Stadt Frankfurt am Main, Dezernat Kultur und Wissenschaft

f Geltrudæ. virginis. vigilia.
g Simonis, et iudæ.
A Zenobii presb. et mar.
b Bernardi episcopi.
c Quintini marty.
Nouember h3 dies. xxx.
luna. xxix.
d Festum omnium sanctorũ.
e Commemoratio defun.
f Hilarionis episcopi.
g Vitalis & agricolæ. m.
A Leonardi con.
b Zachariæ patris io. B.
c Prosdocimi episcopi.
d Coronati marty.
e Dedicatio salua. et theo.
f Tryphonis cum 7. sociis.
g Martini epi et con.
A Martini papæ. et mar.
b Brici epi. et conf.
c Ioannis epi et conf.
d Felicis epi, et marty.
e Eucharii epi
f Aniani epi.
g Dedicatio baf. pe. pau.
A Helisabet reginæ,
b Stephani conf.
c Oblatio virginis.
d Cæciliæ virginis.

e Clementis papæ, et mar.
f Grisogoni marty.
g Caterinæ virgi. et marty.
A Petri alexandrini.
b Iacobi intercisi marty.
c Prosperi epi
d Saturnini mar. vigilia.
e Andræ apostoli.
December h3 dies xxxi.
luna. xxx.
f Candidi marty.
g Bibianæ virginis.
A Castriani marty.
b Barbaræ virgi. et mar.
c Sabæ abbatis
d Nicolai epi. et con.
e Ambrosii epi. et con.
f Conceptio mariæ. virginis
g Prouoli epi.
A Melchiadis papæ. et m.
b Damasi papæ. et con.
c valerii abbatis.
d Luciæ virginis et m.
e Nicasii epi. et mar.
f valeriani epi
g Meterii epi
A Lazari resuscitati.
b Antonillæ vir. et mar.
c Clementis pref. et con.

© Museum Angewandte Kunst, CC BY-NC-SA 4.0
Gefördert durch: Stadt Frankfurt am Main, Dezernat Kultur und Wissenschaft

d Domitiani abbatis. virginis.
e Thomæ apostoli.
f Theodosiæ. virgi. et mar.
g Seruuli. confe.
A Gregorii presb. Vigilia.
b Natiuitas domini
c Stephani prothomartyris
d Ioannis euangelistæ.
e Sanctorum innocentium.
f Thomæ archiepi. et mar.
g Sabini episcopi, & marty.
A Siluestri papæ.

Initium sancti euangelii secundum ioannem. R. Gloria tibi domine.

IN principio erat, verbum, Et verbum erat apud deum et deus erat verbum, Hoc erat in principio apud deum, Omnia per ipsū facta sunt, & sine ipso factum est nihil, quod factum est, in ipso vita erat, & vita erat lux hominum, et lux in tenebris lucet, et tenebræ eam non comprehenderut. Fuit homo missus à deo, cui nomen erat ioannes, Hic venit in testimonium, vt testimonium perhiberet de lumine, vt omes crederent per illum, Non erat ille lux, sed vt testimonium perhiberet de lumine.

Erat lux vera, quæ illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. In mũdo erat, et mundus per ipsum factus est, & mundus eum non cognouit. In propria venit, et sui eum non receperunt, Quot quot autem receperunt eum dedit eis potestatem filios dei fieri, Iis qui credunt in nomine eius, qui non ex sanguinib⁹ Neq; ex voluntate carnis, neq; ex volũtate viri, sed ex deo nati sunt. Et verbum caro factum est, et habitauit in nobis, Et vidimus gloriam eius, gloriam quasi vnigeniti à patre plenum gratiæ & veritatis, Deo gratias.

A
M E
N

Initium sancti euangelii secundum Lucam, Gloria tibi domine.

IN illo tempore Missus est angelus gabriel a deo in ciuitatem galilee cui nomen nazareth ad virginem desponsatam viro cui nomen erat ioseph de domo dauid et nomen virginis maria. Et ingressus angelus ad eam dixit. Aue gratia plena dominus tecum benedicta tu in mulieribus. Que cum audisset turbata est in sermone eius et cogitabat qualis esset ista salutatio. Et ait angelus ei Ne timeas

© Museum Angewandte Kunst, CC BY-NC-SA 4.0
Gefördert durch: Stadt Frankfurt am Main, Dezernat Kultur und Wissenschaft


maria inuenisti enim gratiam apud deū
E. cce concipies in vtero et paries filium et
vocabis nomen eius iesum. Hic erit magnus
et filius altissimi vocabitur. Et dabit illi do
minus deus sedem dauid patris eius et regna
bit in domo iacob in eternum et regni eius
non erit finis. Dixit autem maria ad angelū
Quomodo fiet istud quoniam virum non cog
nosco. Et respondens angelus dixit ei. Spiri
tus sanctus superueniet in te et virtus altissi
mi obumbrabit tibi Ideoq; et quod nascetur
ex te sanctum vocabitur filius dei. Et ecce e.
lizabeth cognata tua et ipsa concepit filiū
in senectute sua. Et hic mensis est sextus
illi que vocatur sterilis quia non erit im
possibile apud deum omne verbum Dixit
autem maria. Ecce ancilla domini fiat mi
hi secundum verbum tuum. Deo gratias.
Initium sancti euangelii secundum. Mat
theum. Gloria tibi domine.

Vm natus esset iesus in bethleem iu
de in diebus herodis regis ecce ma
gi ab oriente venerunt hierosolymam dicē
tes vbi est qui natus est rex iudeorum: vi
dimus enim stellam eius in oriente et veni
mus cum muneribus adorare eum. Audiēs
autem herodes rex turbatus est et omnis hie
rosolima cum illo Et congregans omnes
principes sacerdotum et scribas populi sci

sciscitabatur ab eis. vbi christus nasceretur.
At illi dixerunt ei In bethleem iude. Sic enī
scriptum est per prophetam Et tu bethleem
terra iuda nequaquam minima es in prin
cipibus iuda. Ex te enim exiet dux qui regat
populum meum israel Tunc herodes clam vo
catis magis diligenter didicit ab eis tempus
stelle que apparuit eis. Et mittens eos in beth
leem. dixit Ite et interrogate diligenter de
puero et cum inueneritis renunciate mihi vt
et ego veniens adorem eum. Qui cum audissēt
regem abierunt. Et ecce stella quam viderāt
in oriente antecedebat eos vsq; dum veniēs
staret supra vbi erat puer. videntes autem
stellam magi gauisi sunt gaudio magno val
de. Et intrantes domum inuenerunt pue
rum cum maria matre eius. Et procidentes
adorauerunt eum et apertis thesauris suis
obtulerunt ei munera aurum thus et myr
rham, Et responso accepto in somnis ne redi
rent ad herodem per aliam viam reuersi sunt
in regionem suam. Deo gratias.
Initium sancti euangelii secundum. Mar
cum. Gloria tibi domine.

N illo tempore. Recumbentibus vn
decim discipulis apparuit illis iesus
et exprobrauit incredulitatem illorum et du
riciam cordis quia his qui viderant eum re
surrexisse non crediderant. Et dixit eis. Eun.

© Museum Angewandte Kunst, CC BY-NC-SA 4.0
Gefördert durch: Stadt Frankfurt am Main, Dezernat Kultur und Wissenschaft




tes In mundum vniuersum predicate euangelium omni creature. Qui crediderit & baptizatus fuerit saluus erit. Qui vero non crediderit condemnabitur. Signa autem eos qui crediderit. hec sequent. In nomine meo demonia eicient linguis loquentur nouis serpentes tollent. Et si mortiferum quid biberint non eis nocebit. Super egros manus imponent & bene habebunt. Et dominus quidem iesus postquam locutus est eis assumptus est celum & sedet adextris dei Illi autem profecti predicauerunt vbiq; domino cooperante et sermonem confirmante sequentibus signis. Deo gratias.

Passio domini nostri iesu christi secundum. Ioannem. Gloria tibi domine.


© Museum Angewandte Kunst, CC BY-NC-SA 4.0

Gefördert durch: Stadt Frankfurt am Main, Dezernat Kultur und Wissenschaft



© Museum Angewandte Kunst, CC BY-NC-SA 4.0

Gefördert durch: Stadt Frankfurt am Main, Dezernat Kultur und Wissenschaft



© Museum Angewandte Kunst, CC BY-NC-SA 4.0

Gefördert durch: Stadt Frankfurt am Main, Dezernat Kultur und Wissenschaft



© Museum Angewandte Kunst, CC BY-NC-SA 4.0

Gefördert durch: Stadt Frankfurt am Main, Dezernat Kultur und Wissenschaft